


BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
19 C
34

STATVTA INCLYTAE CIVITATIS AVENIONENSIS, NVPER FACTA ET REFORMATA.

***


Item conuentio pridem inter dominos quōdam Comites, & ciues ipsius, inita,



Omnia ab illustriss. & Reuerendiss. Cardinali ab Arminiaco, illustrissimi ac Reuerendissimi Caroli a Borbonio Legati Auenionis, in eadem Legatione Collega confirmata.

Ex Legato

Ill.mi Coccini






AVENIONI,
Excudebat, Petrus Ruffus,
CIↃ. IↃ. LXX.



NNO Domini millesimo quingentesimo sexagesimo octauo, & die uicesima secunda Iunij, Illustrißimus & Reuerendißimus Cardinalis Arminiacus, Illustriß. & Reuerendiß. Cardinalis a Borbonio Legati Auenion. in eadem Legatione collega, instantibus magnificis dominis Ioanne de Cambis domino de Orsano equite aurato Pontificio, Ludouico Pomardo, Antonio Forti Consulibus, & D. Georgio Ioanne iurium doctore assessore dictæ Ciuitatis huiusmodi statuta authoritate Apostolica & collegationis quibus fungitur (saluo semper beneplacito. S. D. N. Papæ) approbauit & confirmauit, autoritatemq; suam & decretum interposuit, mandando omnibus, ut eadem statuta obseruent: Iudicibus uero, aduocatis & procuratoribus fiscalibus ut ea obseruari faciant, pœna priuationis officiorum, ut latius constat instrumento publico, per Magistrum honoratum Henricum Secretarium dictæ Ciuitatis.

Deinde uero, instantibus Magnificis dominis Claudio a Britonibus barone Credulionis & sancti Ioannis de Vassolis, equite aurato Pontificio & regio, Petro bello, Iacobo gardiollo consulibus, D. Iacobo nauarini legum doctore ac comite & assessore eiusdem Ciuitatis, fuerunt prædicta statuta decreto eiusdē Illustrißimi Cardinalis college, typis mandata: inhibeturq; omnibus ne eadē excudant & alibi impressa uendant, siue consensu Consulū & consilij dictæ Ciuitatis & reformatorum, ad decennium pœna mille scutorum, ut latius in priuilegio continetur, concesso Auenioni Anno Domini 1569. & quarta Martij.

Cum uero ob temporum calamitates, prædicta statuta non potuerint tam celeriter typis demandari, id perfectum & absolutum fuit opera & cura magnificorum dominorum Richardi a Perußijs, equitis aurati Pontificij, Ludouici Alphonsi, Ioannis Ferrerij Consulum, ac D. Iuliani Colini iurium doctoris assessoris dictæ Ciuitatis. Anno. 1570.



OLI mirari (amice lector) statuta hæc superioribus annis a doctissimis viris emissa, correctiora nũc, & elimatiora in lucem prodire. Nõ enim te latet quod ait comicus, neminẽ, vnquam ita bene subducta ratione ad vitam fuisse, quin res, ætas, vsus semper aliquid noui attulerit: Aliquid monuerit, vt ea quæ nos scire credamus, prorsus ignoremus. Cuius rei non inscii maiores nostri, certã formã & legendorũ, & reformandorum (si opus esset) statutorũ antiquitus dedere. Cum itaque vsus illorum & praxis, multa adhuc in illis desiderari docerent, quod nõnulla deesse, nõnulla vero superesse viderentur, visum fuit illustrissimo reuerẽdissimoque Cardinali ab Arminiaco, Illustrissimi ac Reuerendissimi

Cardinalis: Caroli à Borbonio Auenionis Legati meritissimi, Collegæ, & Ciuitati, eadem recognoscenda curare, recognitàque ꝓmulgare. Huc accedit quod cũ nonnulli se ijs lęsos arbitrarentur, cũ S.D.N. Papa de hac re expostularũt, qui, qua est in suos pietàte & humanitate, eorum indemnitati prospicere cupiens, eadem emaculanda recognoscendaque dedit eidem Cardinali ab Armeniaco, qui variis grauissimisque Reip. negotiis (hisce presertim calamitosis tẽporibus) obuolutus atque implicitus, hanc curã demãdauit. R.D. Guilhermo blãco auditori suo domestico, Tolosanę vniuersitatis cancellario, p̃sidique Rotæ sacri palatij apostolici Auenionis: Ciuitas vero egregiis ac magnificis viris Antonio Parisio, & Alziario à Cadeneto, iuris vtriusque doctoribus, in quibus emẽdandis laboribus & vigiliis minime pepercerũr, q. collatis oĩum rõnibus, doctissimorũ Aduocatorũ p̃sertim ꝓcuratorũ, & notariorũ

in ijs potissimum quæ ad forenses causas & controuersias spectare videbantur, cœptum opus feliciter absoluerunt, opereque absoluto, & ab Illustriss. atq; Reuerendissimo Cardinali confirmato, decretum fuit vt typis manderetur. Quod si quorundam exactum nimis acréque iudicium ea fastidiat, hoc primum sciat, difficillimum esse omnium palato satisfacere: deinde nullam tam æquam esse legem, quę tẽporis progressu, omnibus vsui esse possit. Horum igitur qualemcumque laborem (candide lector) eo animo accipies, quo illi in ijs statutis elucubrandis elaborarunt. Vale. Datum Auenioni.

Errata ſic corrigito.

Vbicunque inuenies Raſcaſij,lege Raſcaſſij, fol. 62. linea prima, mutatur,lege mutuatur. vbicunque inuenies chirurgijs,lege chirurgis. folio. 263. linea. 19. Statuta ordinatum,lege Statuta aliter ordinatum. fol. 202. linea 21. authoritate, lege autem. fol. 342. linea 3. vulgo malſoux,lege vulgo malhoux. fol. 354. linea 5. ſicut inſtrumentis,lege ſicut de inſtrumentis. fol. 373. linea 20. papiro articulos , lege papiro extra articulos. fol. 236. linea. 20. tertio,lege in dicto. fo. 242. linea 3. vt examinentur lege & examinentur. fo. 251 lin. 16. licet,lege liceat. fo. 254. li. 12. citationis, fo. 297. 298. 299. f. 313. 314. fo. 323. linea 16. lege quod ſe offerant. f. 346. lin. 14. eſt, f. 385. lin. 15. duos aureos.

INDEX EORVM QVAE IN HOC volumine Statutorum, continentur.

LIBER SECVNDVS.

LIBER TERTIVS.



STATVTORVM Auenionis.

LIBER PRIMVS.

De modo reformandi Statuta.

RVBRICA I.

ARTICVLVS I.



MPRIMIS Statuimus, quòd si in futurum contingat, statuta infrascripta, egere aliqua emendatiône, vel reformatione, aut vtile videatur noua edere, ea in concilio ciuitatis proponantur, & in sequenti concilio super propositis deliberetur. Et quod deliberatum fuerit, superiori in presenti ciuitate residenti referatur, vt per eũ approbetur, si ei visum fuerit. Ac eius authoritate publicari &

obseruari mandetur, aut si meliùs concilio videâtur, eligantur quatuor, quorum duo sint legum doctores: alij verò duo ex magis idoneis ciuitatis, cum quibus adsit vnus per eundem superiorem (si ita ei videatur) eligendus, ad prędicta statuta reformanda, & si opus sit, alia componenda: quibus electis pro eorũ labore pecunia ciuitatis satisfiat.

ARTICVLVS 2.

Iurabunt autem dicti reformatores, & compositores in manibus dicti superioris, se bona fide & vtilitate communi tantùm pensata, circa dictam reformationem & compositionem versaturos.

ARTICVLVS. 3.

Item quia huiusmodi statuta possent in futurum tolli, contrario vsu, stilo, vel consuetudine, ideò statuimus, quod aduersus eadem statuta, nullo vnquàm tempore allegari possit contrarius vsus, stilus, cõsuetudo, aut pręscriptio, etiam

memoriam hominum excedens.

ARTICVLVS. 4.

Et vt huiusmodi statuta omnibus nota sint: idem superior, ea in omnibus & singulis curijs publicari, & ab omnibus inuiolabiliter obseruari mandet.

¶ De officio Viguerij, Iudicum, & aliorum officialium ciuitatis.

RVBRICA. 2.

ARTICVLVS. 1.

Institutus Viguerius iurabit in concilio ciuitatis, de dicta ciuitate & eius territorio, extirpare prauitatē hęreticam, Archiepiscopū & ecclesiam Auenionensem, & alias ecclesias dictę ciuitatis & eius territorij, eôrumque temporalia iura defendere, & seruâre pro viribus: ac etiàm libertates, immunitates, priuilegia, leges, & bonas consuetudines dictę ciuitatis, & omnia tàm in instrumento conuentionum, quàm in

præſenti volumine contenta, ciuibus & extraneis integra & illibata ſeruare ſine perſonarum acceptione,& ab omni munere manus excutere, eſculentis & poculentis, quæ legibus ſunt permiſſa, exceptis:nec non finito officio, ſindicatum ſubire,& illi ſtare.

ARTICVLVS. 2.

Tale autem iuramentum in forma prædicta præſtabitur in manibus Archiepiſcopi Auenionenſis, ſeu eius vicarij, in concilio ciuitatis, ſi eidem intereſſe voluerit:ſi vero abſēs fuerit vel eidē cōcilio intereſſe noluerit, iurabit vigue rius in forma prędicta ſacroſāctis euangeliis, coram eo poſitis, & propria manu tactis, in manibus illius qui concilio præerit. Et nihilominus ſeruetur lauda bilis & pia cōſuetudo accedēdi ad eccleſiā diuæ Mariæ & ibi in manibus archiepiſcopi, ſeu eius vicarij,iterum ſub forma prædicta iuretur.

ARTICVLVS. 3.

Item ſtatuimus, quod deinceps pro obtinendo cõmiſſariũ in cauſis appellationum, nulli coram eo dentur ſuſpecti: ſed liberum ſit viguerio, ſeu eius locumtenenti, ſtatim introducta appellatione, eã alicui probo & docto legum doctori delegare, qui tamen à partibus vel illarum altera, ſeu earum procuratore, antequàm pronũcietur iudex cõpetens, ſuſpectus allegari poſsit: ſicuti coram alijs delegatis fieri ſolet. Probatio autem ſuſpitionis fiat coram Viguerio, ſeu eius locumtenente, in qua procedatur etiam extra curiam in quocunque loco, & nullo iuris ordine ſeruato: & ſi non probetur, procedatur in cauſa, appellatione, & inhibitione non obſtantibus.

ARTICVLVS. 4

Item quod dictus cõmiſſarius poſsit de dicta cauſſa ſibi commiſsa cognoſcere & eã decidere, etiã extra curiam &

præſentiam Viguerij.

ARTICVLVS. 5.

Item quod appellationes & recurſus, qui fiunt ad Viguerium, poſſint introduci coram ipſo Viguerio, ſeu eius locūmtenente, vel coram altero ex notarijs ipſius Viguerij.

ARTICVLVS. 6.

Item dum ex parte Iudeorum viguerius, ſeu eius locūtenens, requiretur de confirmando, vel reparando articulos eorum veteres, aut nouos cōponendo, id faciat adhibitis duobus aſſeſſoribus legum doctoribus, per viguerium ſeu eius locumtenentem aſſumendis: pro quibus omnibus, viguerius ſeu eius locumtenens, ſummam quinquaginta florenorum monetæ currentis, & quilibet aſſeſſorum viginti quinque conſequātur. Notarius vero cauſarum criminalium, qui in præmiſſis intererit, tàm pro labore, quàm inſtrumento ſuper pręmiſſis faciendo, habeat viginti florenos

mone

monetæ prædictæ.

ARTICVLVS. 7.

Item quod viguerius seu eius locumtenens, nō possit cōpellere dictos iudeos ad conficiendū nouos articulos, vel confirmandum veteres, ante tempus præfixum, & contentum in eorum articulis.

ARTICVLVS. 8.

Iurabunt iudices in manibus viguerij seu eius locumtenentis, vel alterius præsidentis in concilio ciuitatis, sine personarum delectu ius reddere, tàm ciuibus quàm extraneis, secundum leges, statuta, & consuetudines ciuitatis, amore, odio, prece, gratia, & timore postpositis. Et a muneribus omnibus (exceptis esculentis & poculentis a iure permissis) penitus abstinere. Ac deposito officio sindicatum subire, illique stare.

ARTICVLVS. 9.

Item quod eorum officio durante, in curijs non patrocinabuntur, possint tamen inter litigantes concordiā tractare

& caufas amicabiliter componere.

ARTICVLVS. 10.

Item quod nullus pofsit effe iudex ciuitatis, nifi gradum doctoratus, in collegio doctorum alicuius celebris vniuerfitatis, adeptus fuerit: & vicefimum quintum annum ætatis fuæ expleuerit.

ARTICVLVS. 11.

Item quod reuerendifs. D. Archiepifcopus, Vicegerens, Vicarius, feu Officialis ciuitatis Auenionis, & iudices curiæ temporalis dictæ ciuitatis, ac eorum locumtenentes, nec non iudices delegati, etiã apoftolici, aut eorum fubdelegati, in omnibus caufsis requirentibus partibus, vel earum altera, feu earum procuratore, teneantur afsumere affeffores, vnum vel plures: dummodo talis requifitio fiat intra triduum, à die quo proceffus fuerit portatus ad fines iudicandi, & feratur fententia fecũdum opinionem maioris partis ipforum iudicum & affefforum. Et fi opiniones ip-

forum

ſorum diuerſæ eſſent æquales, tunc partes de tertio cōueniant: Quibus nō conuenientibus, iudex tertiū partibus non ſuſpectum aſſumat. Et deponantur ſportulæ per eum qui aſſeſſores requiſiuerit infra biduum, poſtquàm aſſeſſores fuerint aſsumpti. Quæ ſportulæ non recuperentur, niſi ambę partes vel earū procuratores requiſiuerint, vel iudex ex officio aſſumpſerit: quibus caſibus ambæ partes teneantur, & cogātur deponere etiam via executiua.

ARTICVLVS. 12.

Item ſtatuimus, quod carcerationum arreſtationū, pignorationū, & aliarum executionum relaxationes, per dictos magiſtratus, & alios quoſcunque etiam delegatos, & ſubdelegatos a ſede apoſtolica conceſſarum, non fiant, niſi præcedente decreto manu propria concedentium ſubſcripto, vel conſēſu partis, de quo apud acta adhibitis teſtibus conſtet: aliàs dictæ relaxationes ſint ipſo fa

cto nullæ.

ARTICVLVS. 13.

Item quia ſæpè contingit non teneri curiam temporalem ciuitatis Auenionis,ob abſentiam alterius ex iudicibus, in magnum præiudicium in eadem curia litigantium,ideo ſtatuimus, vt vnus ex iudicibus curiam ſolus tenere poſſit: & coram eo omnes cauſæ amborum iudicum teneri & recitari poſſint, etiam extra curiam.

ARTICVLVS. 14.

Item , vbi continget alterum ex iudicibus ordinarijs curiæ temporalis allegari ſuſpectũ, cauſa delegetur collegæ: cui tamen eo caſu capere ſportulas prohibemus. Quod locum habeat, etiam ſi per dictum ſuperiorem,vel ſummũ pon tificem, eiſdem iudicibus,aut alteri eorum, vel alij iudici ordinario ciuitatis aliqua cauſſa cõmittatur,cuius cognitio ad eoſdẽ ſine huiuſmodi delegatione pertineat.Et hoc ꝓcedat, etiã ſi cauſſa

com

committatur summariè, simpliciter, de plano, sine strepitu, & figura iudicii, ac sola facti veritate inspecta.

De electione & numero consiliariorũ. Et pœna ad concilium nõ venientium

RVBRICA. 3.

ARTICVLVS. 1.

Statuimus quod in concilio ciuitatis sint quadraginta octo consiliarii, qui biennio duntaxat in dicto concilio maneant, nisi secundo anno fuerint electi in consules vel assessorem, quo casu maneant per alium annum. Et dictorum consiliariorum media pars, singulis annis in vigilia natiuitatis domini nostri Iesu Christi, ad nominationem concilii, & præsentationem consulum, & ad institutionem dicti superioris mutetur. Et iurabunt ipsi cõsiliarii in primo concilio in manibus viguerii, seu eius locumtenentis, super sacrosanctis euan-

geliis, se fidele consilium ciuitati præstaturos, ac semper se ob oculos vtilitatem publicam habituros.

ARTICVLVS. 2.

Adiicientes quod quando continget concilium cõuocari, illud fiat insequendo antiquam consuetudinem, ad instantiam consulum, seu alterius eorum, aliis a ciuitate absentibus, authoritate domini viguerii, seu eius locumtenentis, vel eis absentibus, vel ĩpeditis alterius ex iudicibus curiæ temporalis ciuitatis vel eius locumtenẽtis, aut in eorum absentia, alterius magistratus ciuitatis, ad sonum campanæ, & vocem tubæ, ac per cursorem domus communis ciuitatis. Posit autem teneri concilium per viginti quinque consiliarios, consulibus & assessore, qui tũc aderũt cõpræhensis. Et quod maior pars eorũ effecerit, pro eo habeatur ac si ab oĩbus actum fuisset

ARTICVLVS. 3.

Et qui per vnum ex curſoribus vocati & pſonaliter apprehēſi fuerīt (q̄ apparere volumus ex relatione ſecretario ciuitatis faciēda) nō venerint, pœnā ſexaginta ſolidorum turonenſium, ipſo facto incurrant, applicandā pro tertia parte fiſco, pro alia tertia operi pontis, & pro reliqua tertia hoſpitali pauperum domini Bernardi Raſcaſij, qui vero electioni conſulum non interfuerint, pœnam centum florenorum incurrant, applicandam vt ſupra: niſi excuſationem legitimam, antequàm concilium teneatur, penes ipſum ſecretarium per ſe, vel aliū allegauerint, & probauerīt coram eo, qui cōcilio pręerit; ſecretariuſq; teneatur deſcribere tales conſiliarios contumaces, & dare illico nomen & cognomen, curſori dictæ domus (dict le conſierge) dictam pœnam exacturó, & rationem redditurо cum reliquorum pręſtatione, decem & octo ſolidis turonenſibus ſaluis īter dictos ſecretarium, & curſorem,

ac notarium criminalem, qui pro scribendo in dicto concilio interfuerit, pro eorum laboribus ęqualiter diuidendis.

ARTICVLVS. 4

Et quādo de facto proprio, aut aliquo negotio, aliquorum ex consiliariis, vel consulum, aut assessoris, vel eorum vxorum, aut consanguineorum in secundo gradu, secundum computationem iuris canonici, agetur, teneantur tūc ex concilio exire, mandato in concilio præsidentis.

ARTICVLVS. 5

Adiicientes quod secretarius dictę domus, dum scribuntur nomina & cognomina consiliariorum, existātium in concilio, teneatur intereà exhibere cuilibet ex consiliariis, vas argenteum, in quo reponuntur fabæ nigræ & albæ, quibus suffragia & vota colliguntur & significantur: de quibus fabis quilibet teneatur accipere in numero sufficienti, vt liberiùs & secretiùs, quā voluerit fabam,

nigram vel albam, secundum deum & conscientiam ponere possit: dictamque fabam palã non exhibeat, pena periurij

Qui admitti non debeant ad concilium ciuitatis.

RVBRICA 4.
ARTICVLVS. 1.

Statuimus, quod ad concilium ciuitatis, non admittantur eôdem tempore in consiliarios, auus, pater, filius, nepos ex filio, vel filia, duo fratres, etiam ex diuersis parentibus nati, minor viginti quinque annis, litigans cum ciuitate, de fide catholica suspectus, excommunicatus, cõductor vectigalis seu gabellę, vel particeps conductionis illius, debitor ciuitatis, ac extraneus, qui non habitauerit per quinquennium in eadem ciuitate, & qui non habeat domum propriam in ciuitate, aut mille florenos in bonis immobilibus, sitis in præsenti ciuitate, vel eius territorio, aut comitatu Venaysini, vxoris dote, in bonis immobilibus

existente,non compræhensa.

De electione consulum,assessoris,& aliorum officialium ciuitatis.

RVBRICA V.

ARTICVLVS I.

Statuimus quod annis singulis, in vigilia natiuitatis beati Ioannis baptistæ, in concilio & domo ciuitatis, missa de sancto spiritu præcedente, eligātur tres consules, quorum primus sit originarius & nobilis,reliqui duo ex aliis consiliariis : Et vnus assessor legum doctor qui omnes fuerint prius consiliarii per annum. Et vnus thesaurarius quem de numero consiliariorum eligi prohibemus,duo rectores pontis, duo magistri victualium,& duo magistri viarū, cum assessore,iuxta ātiquam consuetudinē, qui omnes etiam absētes eligi possunt. Et fiat dicta electio per scedulas, vt solitum est,& per eos tantùm, qui concilio personaliter aderunt.

ARTICVLVS 2.

Adiiciẽtes,quod octo diebus ante prę dictã electionem, conuocetur conciliũ more ſolito, in quo quilibet cõſiliarius venire debeat,ceſsãte iuſto impedimen to,& iurare ad sãcta dei euãgelia, quod eliget cõſules, & alios officiales,deum, eccleſiam,libertatem, & iura dictæ ciui tatis amantes,munere,prępcibus,amore, odio,fauore,poſtpoſitis,ſed conſiderata communi tantùm vtilitate ciuitatis, & reipublicæ. ARTICVLVS. 3.

Habeant autem ipſi conſules & aſſeſſor pro eorum ſtipendijs, quilibet eorũ, centum & quinquaginta florenos monetæ currentis. Quibus dicti conſules fieri curent, ad honorem ciuitatis veſtẽ heteromalam vulgo (robe de veloux). Quam deferre teneantur in actibus ſolemnibus,etiam tempore luctus.

ARTICVLVS. 4.

Qui quidẽ conſules teneant ſigillum ciuitatis, in arca tribus ſeris & clauibus

clausa. Quarum vnam quilibet ex consulibus custodiat. Et dum continget aliquem ex eis a ciuitate recedere, teneatur suis collegis clauem suā dimittere.

ARTICVLVS. 5.

Eum autem originarium declaramus, qui natus sit in ciuitate, vel eius territorio, & non alibi, nisi causa recreationis, vel causa pestis, aut belli, vel alia iusta causa, mater à ciuitate recesſisſet, animo tamen reuertendi, & ad ciuitatem cessante causa infra breue tempus rediјsſet

ARTICVLVS. 6.

Iurabunt consules quod ipsi fideliter custodient, & defendent omnia iura, res & bona ciuitatis, & de vtilitate ipsius erunt soliciti. Nec non quod obseruentur libertates, conuentiones, priuilegia, statuta, & bonæ cōsuetudines ciuitatis, superfluas expensas, & omnia quæ erūt in damnum ciuitatis, vitando.

ARTICVLVS. 7.

Item quod si consules, cōtra officium

ſuum fecerint, committendo, vel omittendo, in quo ciuitas damnum patiatur, illud reſarciat de ſalario ipſorũ. Quod ſi non ſufficiat, de eorum bonis ſuppleatur. Et ſi dolus interueniſſe probetur, arbitrio curiæ puniantur.

ARTICVLVS. 8.

Adiicientes, quod conſules non poſſint dare in emphiteoſim, ſeu locationẽ perpetuam, inſulas, iſclas, alluuiones, incrementa, paſcua, patua, & alia prædia ciuitatis: Nec alia quæcunq; emolumẽta, redditus, & iura eiuſdẽ ciuitatis alienare, ſiue locare, vel fructus illorum vendere nec reparationes prędiorum ciuitatis facere ſine deliberatione concilij, & niſi præcedentibus duabus licitationibus, cum interuallo decem dierum, & poſteà ei q̃ meliorem conditionem obtulerit, ad extinctum candelæ liberentur. Quod ſi contrarium fecerint, cõtractus ſit ipſo iure nullus. Et vlteriùs penam decem librarum turonenſium qui

libet eorum incurrat, fiſco & hoſpitali pauperum applicandam.

De magiſtris victualium, macellarijs, piſcariis, & reuēditoribus
RVBRICA. 6.
ARTICVLVS. 1.

Statuimus quod magiſtri victualium viſitent panes venales, qui coquuntur infra ciuitatem: locum vbi occidūtur animalia, macellum, piſcariam, & plateas publicas, vbi victualia venduntur. Et inquirant ſi vltra taxam per eos factam, panes & piſces vendantur: & an in illis & aliis victualibus, ſtatuta & capitula ſequentia obſeruentur.

ARTICVLVS. 2.

Item magiſtri victualium, viſitando lanienam, ſeu macellum prohibeant deferri ad macellum carnes morbidas, & infectas preſertim morbo, (de la morie) ac tauros, verres, porcos leproſos, vitulos, agnos, hœdos tractos ex vtero beſtiarū mortuarū: corruptáſque carnes, vel cor-

ARTICVLVS 2.

Adiiciẽtes,quod octo diebus ante prę dictã electionem , conuocetur conciliũ more solito , in quo quilibet cõsiliarius venire debeat,cessãte iusto impedimen to,& iurare ad sãcta dei euãgelia, quod eliget cõsules, & alios officiales,deum, ecclesiam,libertatem, & iura dictæ ciui tatis amantes,munere,pręcibus,amore, odio,fauore,postpositis,sed considerata communi tantùm vtilitate ciuitatis , & reipublicæ.

ARTICVLVS. 3.

Habeant autem ipsi consules & asses-sor pro eorum stipendijs, quilibet eorũ, centum & quinquaginta florenos mo-netæ currentis . Quibus dicti consules fieri curent, ad honorem ciuitatis vestẽ heteromalam vulgo (robe de veloux). Quam deferre teneantur in actibus so-lemnibus,etiam tempore luctus.

ARTICVLVS. 4.

Qui quidẽ consules teneant sigillum ciuitatis, in arca tribus seris & clauibus

clausa. Quarum vnam quilibet ex consulibus custodiat. Et dum continget aliquem ex eis a ciuitate recedere, teneatur suis collegis clauem suã dimittere.

ARTICVLVS. 5.

Eum autem originarium declaramus, qui natus sit in ciuitate, vel eius territorio, & non alibi, nisi causa recreationis, vel causa pestis, aut belli, vel alia iusta causa, mater à ciuitate recessisset, animo tamen reuertendi, & ad ciuitatem cessante causa infra breue tempus redijsset

ARTICVLVS. 6.

Iurabunt consules quod ipsi fideliter custodient, & defendent omnia iura, res & bona ciuitatis, & de vtilitate ipsius erunt soliciti. Nec non quod obseruentur libertates, conuentiones, priuilegia, statuta, & bonæ cõsuetudines ciuitatis, superfluas expensas, & omnia quæ erũt in damnum ciuitatis, vitando.

ARTICVLVS. 7.

Item quod si consules, cõtra officium

ſuum fecerint, committendo, vel omittendo, in quo ciuitas damnum patiatur, illud reſarciat de ſalario ipſorũ. Quod ſi non ſufficiat, de eorum bonis ſuppleatur. Et ſi dolus interueniſſe probetur, ar bitrio curiæ puniantur.

ARTICVLVS. 8.

Adiicientes, quod conſules non poſſint dare in emphiteoſim, ſeu locationẽ perpetuam, inſulas, iſclas, alluuiones, incrementa, paſcua, parua, & alia prædia ciuitatis: Nec alia quæcunq; emolumẽta, redditus, & iura eiuſdẽ ciuitatis alienare, ſiue locare, vel fructus illorum ven dere nec reparationes prędiorum ciuita tis facere ſine deliberatione concilij, & niſi præcedentibus duabus licitationibus, cum interuallo decem dierum, & poſteà ei q meliorem conditionem obtulerit, ad extinctum candelæ liberentur. Quod ſi contrarium fecerint, cõtractus ſit ipſo iure nullus. Et vlteriùs penam decem librarum turonenſium qui

ſor,in eôrum officio attentiores & diligentiores reddãtur, ſtatuimus quod qui libet eôrum habeat pro ſalario quolibet anno , quindecim florenos monetæ currentis,de pecunia ciuitatis,in fine anni ſoluendos:qui ſi fuerint in officio neglig ẽtes,priuẽtur ipſo iure ſuis ſtipẽdiis

ARTICVLVS. 4.

Item quod ſi aliquis ſe grauatum repu tauerit a prædictis magiſtris,& eôrum aſſeſſore poſſit ad dominos conſules prę dictæ ciuitatis per viam appellationis, ſeu querelæ recurrere,& oſtendere cauſam ſui grauaminis:qui quidem conſules etiàm grauiùs puniant (ſi eis videâtur)dummodò non vltra quindecim florenos: nec a dictis dominis conſulibus cognoſcentibus ſuper dicto recurſu vel appellatione,liceat appellare: quæ locũ habeant in omnibus caſibus , in quibus conſules iuriſdictionẽ habent : ſi tamen delinquentes maiori pœna quindecim florenorum puniri mererentur , remit-

ciuitatis ſoluere, & pro illis tenebitur in ingreſſu ſui officii ſe debitorem conſtituere, in forma cameræ apoſtolicæ.

ARTICVLVS. 3

Pro quorum onerum ſolutione poterit idem theſaurarius de pecuniis redditum ipſius ciuitatis retinere, ita quod conſules de illis nullo modo diſponere poſſint.

ART. 4

Item quod omnes pecuniæ ciuitatis deponantur penes dictũ theſaurarium nec apud alium eſſe poſsint, qui theſaurarius in principio ſui officii, teneatur pro omnibus pręmiſsis idoneas cautiones dare ciuitati: aliâs ad dictũ officium non admittatur.

De ratione reddenda per conſules, theſaurarios, & alios rerũpubl. adminiſtratores

RVBRICA 9

ARTICVLVS. 1.

Statuimus quod conſules theſaura-

ARTICVLVS 4.

Qua facta & eiſdem adminiſtratoribus,ac eorum fideiuſſoribus intimata, eidem intra octo dies a die intimationis pareant,ſub pœna dupli eius,in quo reliquatores reperti fuerint:qui ſi nō paruerint,cogãtur via executiua,tàm pro principali quàm pœna & expenſis, oppoſitione, recurſu,appellatione,& inhibitione quibuſcũnque non obſtantibus citra tamen illarum præiudicium.

ARTICVLVS 5.

Quę relatio ſi per iudicem vocata parte cõfirmata fuerit,ab ea appellare non liceat.

ART. 6

In auditores verò computorum non eligantur conſanguinei,affines,vel magna amicitia coniuncti, cum reddente rationem adminiſtrationis,vel aliâs ſuſpecti.

ARTICVLVS. 7.

Habeant autem quilibet auditorum pro ſuo labore,florenos decem, qui ſi in

tra dictum tempus dictam suam relatio nem non fecerint; dictis stipendiis sint ipso facto priuati, & nihilóminus ad faciendam eôrum relationem via executiua cogantur.

ARTICVLVS. 8.

Et præmissa locum habere volumus, in rectore hospitalis domini Bernardi Rascasij & aliorum hospitalium, & aliis quibuscúnque administratoribus tuto ribúsque & curatoribus.

De muneribus publicis non continuandis.

RVBR. 10. ART. 1.

Statuimus, quod viguerius, iudices, consules, assessor, consiliarij, & cæteri officiales ciuitatis ad eadem officia, nisi lapso biennio a tempore depositi officij eligi non possint: nullúsque possit duo, vel plura officia simul habere.

De legatis eligendis, & honorarijs eôrum.

RVBRICA II

ARTICVLVS I.

Statuimus,quod quando faciēda erit legatio, fiat ex deliberatione concilij, quę ſuperiori in pręsēti ciuitate exiſtenti ſignificetur.Et ſi legati mittendi ſint, ad Sanctiſs. dn̄m noſtrum P P. non ſint plures quàm tres per concilium eligendi:ſi autem aliò deſtinandi ſint, non vltra duos eligi poſsint: Et quilibet ipſorum ſingulis diebus, habeat pro expenſis & ſtipendiis, quod videbitur concilio,habita ratione perſonę,temporis,& loci.Qui teneantur itineri ſe accingere dum concilio videbitur.

ARTICVLVS. 2.

Qui legati iurabunt ſe diligenter & fideliter legationem ſibi demandatam curaturos:nec pro ſe nec pro aliis,beneficium vel officium impetraturos. Et ſi deprehēſi fuerint dicta legatione rectè non fuiſſe functos, magiſque negotia propria quàm ciuitatis curauiſſe, nihil

de ſtipendijs prædictis conſequantur, quinimò reſtituere teneantur, quæ à ciuitate habuerint.

¶De relatoribus mercatorum.
RVB. 12 ART. 1.

Cùm conueniat cauſas mercatorum ex bono & æquo tractari, & terminari, ſtatuimus quod in cauſis mercatorum, quæ reſpiciũt eôrum artẽ, iudex coram quo cauſa cœpta eſt, omni iuris ſolemnitate reiecta, eã remittat in quacúnq; parte litis, ad requiſitionẽ cuiuſuis partis, duobus relatoribus mercatorum per dictum ſuperiorem annis ſingulis ex quatuor mercatoribus per conſules & aſſeſſorem ciuitatis nominatis, deputãdis. Qui iurabunt in manibus præfati domini, ſeu viguerij, vel eius locumtenentis, de benè & fideliter ipſi iudici coram quo cauſa cœpta eſt, referendo, odio, præcio, & omni fauore poſtpoſitis. Et ſi corã eo data copia relationis cum termino trium dierum ad dicendum cõ

tra,nihil cōtra dicatur,iudex ſentētiam, inſequendo relationē ferat, a qua non liceat appellare,ſupplicare,aut recurrere. Si verò altera pars contradicat,& producat articulos impugnatorios eiuſdem relationis admiſsibiles, & releuantes, iudex illos admittat cum vnica dilatione ad probandum: qua elapſa ordinet ſibi portari omnia,& ſententiam ferat:quæ ſi ſit confirmatoria, ab ea non liceat appellare,ſupplicare, aut recurrere.

ARTICVLVS 2.

Et ſi dicti relatores vel alter eórum ſuſpecti ſint alteri partium, recurratur ad præfatum ſuperiorem, vt loco ſuſpectorum,alios non ſuſpectos ſubroget, qui iurent, & procedatur vt ſupra. Et ſi diſcordent, ad eundem ſuperiorem pro tertio adiungendo recurratur: & relationi maioris partis eorum,iudex ſtare & pro vt ſupra,procedere ac iudicare teneatur

ARTICVLVS. 3.

Quæ etiam obſeruari volumus, quo-

ad artifices in his, quæ eorum artem respiciunt. ARTICVLVS. 4.

Quando verò continget per eoſdem artifices litem moueri, tunc fiat relatio adhibitis eiuſdẽ artis duobus expertis.

ARTICVLVS 5.

Præmiſsa locum habere volumus, etiam ſi reus ſit alterius profeſsionis.

¶ De Sextario & eius magiſtro.

RVBRICA 13

ARTICVLVS. 1.

Statuimus, quod magiſter ſextarij teneatur iurare in manibus viguerii, ſeu eius locumtenentis, benè & fideliter exercere officium ſuum: & euitare omnibus modis, ne annona chariùs vẽdatur, & nõ recipiatur in officio, niſi priùs datis per eũ fideiuſſoribus idoneis, de reddendo bonum & legale computum, & reliqua præſtando, his quorum intererit omnium, qûæ in ſextario reponentur: teneaturque cuicúnque portãti frumẽtum, vel legumen ad ſextarium, etiam

non petenti tradere chyrographum manu propria,vel per alium sextario præpositum saltē subscriptum,in quo contineatur quantitas tritici, vel leguminis, ac præciū quo in sextario ad vtilitatem deferentis vendi debet,cū expressione nominis,& cognominis eiusdem. Et simile cyrographum fiat in tabula muro dicti sextarii affixa: in quo describatur præcium quo frumentum, vel legumen vendi debet,vt omnibus innotescat pręcium ,quo prædicta venalia in sextario ad vtilitatem illa deferentis offerūtur.

ARTICVLVS. 2

Item quod non liceat magistro sextarii pro iure sextaragii, exigere ab habitatoribus Auenionis,& illius territorii, aliquod sextaragiū , sed tantum pro custodia vnum solidum turonensem pro qualibet salmata tritici vel leguminis, si in dicto sextario vendi contingat. Et tali casu liceat mensuratoribus iuratis exigere duos denarios turonēses & non

vltra pro qualibet ſalmata, niſi eſſet filiusfamilias, cuius pater extra ciuitatẽ & eius territorium ſuam reſidentiam faceret: qui niſi doceat tale triticum ad ſe pertinere, & aliũdè habuiſſe quàm a patre, non gaudebit exemptione ſextaragii durante patria poteſtate.

ARTICVLVS. 3.

Ab aliis verò quibuſcũnque hanc ciuitatem non habitantibus, triticum vel legumen, infra dictam ciuitatẽ, vel eius territorium exiſtens, vendentibus extra ſextariũ, liceat eidem magiſtro exigere ſextaragium. Et vlteriùs teneantur tales perſonæ dictam ciuitatem non habitantes, curare vt prædictum triticum, vel legumen vt ſupra venditum, per mẽſuratores iuratos ad menſuram ſextarii metiatur: ſi verò contingat tales perſonas vendere triticum, vel legumẽ in ſextario poſitum, tunc liceat eidem magiſtro exigere prædictum ſextaragium ac etiam pro cuſtodia & laboribus ſuis prę

dictis, solidum vnum turonensem, pro qualibet salmata. Et pro mensuratione teneantur soluere duos denarios turonenses pro qualibet salmata.

ARTICVLVS. 4

Sextaragium autem intelligimus, trigesimam partem precii tritici, vel leguminis, quod venditur. Salmatã vero, quę continet decẽ heminas mensuræ Auen̄.

ARTICVLVS. 5.

Item quod magister sextarij cogere possit vnumquémq; qui ad solutionem sextaragii tenetur, iurare, an de trtico vel legumine ꝙ vendidit, sextaragium soluerit. Et etiam cogere possit habitatorẽ ciuitatis iurare, an triticum vel legumen quod habet infra ciuitatem vel eius teritorium, sit suum, vel extranei. Et tales coram iudice conuenti, teneantur super interrogatis respõdere, & medio iuramento dicere veritatem.

ARTICVLVS. 6.

Item quod si habitator præsentis ci-

redditibus suarum possessiônum, aut ex conductionibus prædiorum prouentis.

ARTICVLVS. 9.

Item quod curia sextarium, & heminam, tàm tritici, leguminis, & gipsi, quã salis, legitimam habeat. Cum quibus mensuræ, stateræ, aliàque instrumenta priuatorum ad mensurãdum legitimentur, seu adequentur.

¶ De subhastatoribus & præconibus.

RVBRICA. 14.

ARTICVLVS. I.

Statuimus quòd subhastatores, iurent quod fideliter subhastabunt bona quæcunquæ sibi tradita ad subhastandum: Et per se aut per interpositam personam non possint dictas res emere pro se, vel patre, vel matre, vel vxore, vel liberis, aut alijs domesticis. Et quoties contra præmissa fecerint, in decem libris turonensibus puniantur. Cuius pœnæ accusator habeat mediam partem, & réliquam fiscus. Et nihilóminus teneantur

parti ad ſupplendum iuſtũ valorem rei.

ARTICVLVS 2.

Item q; ſubhaſtatores de rebus quas liberant tàm in curia quàm extra, tertiã partem cuiuſque trigeſimæ partis præcii dictarũ rerum habeant. Reliquæ duæ tertiæ partes ad fiſcũ ſpectent. Si tamen ante liberationem partes conuenirent, tunc pro tali ſubhaſtatione ſolum recipiatur medium eius, quod conſequeretur, ſi liberatio ſequuta fuiſſet, prouiſo quod aliqui incantus per ſubhaſtatorem facti fuerint, aliâs nihil debeatur.

ARTICVLVS. 3.

Et ſi ſubhaſtator pluſquàm ſtatutum eſt pro ſua mercede accepiſſe confeſſus, vel conuictus fuerit, in quindecim libris turonenſibus puniatur.

ARTICVLVS. 4.

Item ſtatuimus quod deinceps ſingulis diebus Martis & Sabbati non feſtis fiant incantus publici horã prima poſt meridiem pro rebus ſubhaſtandis & vl-

timo offerenti liberandis, nullis ad hoc proclamationibus pręcedentibus, si tamen contingeret aliis diebus fieri incantus forte mādato superioris ex aliqua iusta causa, tunc p̄co nō possit aliqua bona subhastare, nisi prius die præcedente incātū hora nona matutina, a festo paschatis, vsq; ad festū S. Michaelis & hora decima matutina, a dicto festo S. Michaelis vsq; ad festum paschatis, proclamauerit in locis sequenti articulo expressis, q̄dā bona subhastari debere incrastinum hora prima post meridiem. ARTIC. 5.

* Loca vero, in quibus proclamationes publicæ fieri debent, sunt hæc q̄ secunt᷑.

Et primo in platea sancti Petri, & antę curiam temporalem auenioneñ.

Item in puteo boum.

Item in porta dicta ferrusso,

Item in medio magnę fusteriæ ante viā qua itur ad viam vulgo dictā les crotes.

Itē āte puteū beatę Mariæ Magdalenes.

Item ante puteum sancti Agricoli.

Item ante puteũ domus cõmunis Auenĩ.
Item in platea cambiorum.
Item in via dicta la banquasse.
Item in platea sancti Desiderii ante magnam crucem.
Itẽ ãte puteũ carreriæ dict le corp saĩct.
Item in portali vulgo dicto le portail magnanés.
Itẽ in portali vulgo dicto, le portail peĩt.
Item in platea vulgo dicta la place pie.
Item in portali vulgo dicto, le portail matheron.
Item in medio viæ dictæ la carreterie.
Itẽ ante pulchrã crucẽ carreterię p̃dictę.
Item ante puteum carreriæ vulgo appellatæ, les infirmieres.
Item ante puteum trium pillarium.
Item in medio banasteriæ.
Itẽ propè puteũ ante domũ dñi de acculea eundo ad ecclesiã sanctæ Catharinę,
Item in fine viæ seu carreriæ sanctæ Catharinæ, quæ respicit ab vna parte banasteriam, & ab altera parte ecclesiam san-

cti Symphoriani.
Item ante puteum vulgo appellatum le puys de la cadene.
Item ante puteũ carreriæ dictę sõnerie
Item in platea appellata la polasserie.
Item in medio carreriæ dictæ l'espicerie
Item in carreria appellata le sauuage.
Item ante puteum plateæ bonetariæ.

¶De operatoribus coriorum.
RVBRICA. 15
ARTICVLVS. 1.

Statuimus quod curia vnoquóque biennio eligat quatuor in arte coriaria peritos, quorum vnus sit coriorum dealbator, alter coriarius, alius sutor, & alius Sellerius, qui curàm habeant visitand i tàm coria quàm illa aptãtes, & vendentes, & ex illis operantes, an in illis aliqua fraus committatur.

ARTICVLVS. 2.

Adiicientes quod prædicti aptare debeant coria cuiuscúnque generis animaliũ, benè & sufficienter, & si eisdem

deputatis videtur vtile aliqua coria nõ esse aptanda, vel vendenda, id prohibere possint: iniungentes etiam selleriis, vt in sellis & aliis instrumentis ad eorum artem pertinentibus, construendis, aptandis, aut reparãdis, fideliter se habeãt, nec aliud pro alio immisceãt, pœna centum solidorum turonensium, cuius pœnæ accusator habeat mediam partem, & fiscus reliquam partem.

De agrorũ, & vasorũ mẽsoribus
RVBRICA 16

ARTICVLVS. 1.

Statuimus quod annis sĩgulis in concilio ciuitatis, quod fieri solet in octaua die post electionem consulum, eligantur duo, agri & vasorum mensores per concilium, vel antiqui confirmẽtur, qui iurabunt in manibus viguerij seu eius locumtenentis de benè & fideliter exercendo dictum officium.

ARTICVLVS. 2.

Fiant duo dextra ferrea, quorũ vnum

affigatur muro curiæ temporalis, aliud muro domus communis Aueñ. Et iuxta consuetudinẽ ciuitatis erunt longitudinis decem palmorum cannæ dictæ ciuitatis, & trium quartarum partiũ vnius palmi dictæ cannæ. Quorum dextrorũ centum & viginti in longitudine, & vnum in latitudine, efficiunt heminatã, & decem heminatæ salmatam.

ARTICVLVS. 3.

Et pro metiendo siue dextrando habeat quilibet pro suo salario quindecim solidos turonenses, vel decem solidos similes, & oris alimẽta pro integra diëta, quę omnia per ambas partes communiter soluantur: & prædium dextratum, teneantur sine alio precio, consentienti bus vicinis, vel ipsis vocatis per eos ad quos spectat, terminare, siue locum vbi terminus ponendus erit, designare. Et si tunc ibi sunt lapides, & foueæ factæ pro limitibus ponẽdis, teneãtur etiàm tales lapides, vnà cũ suis testib⁹, vulgò dictis.

(garendz)in terminũ, vel terminos,erigere,aptare,& (vt dicitur) accarare.Et ad rationem predictam eis satisfiat etiã si eò accedant causa ponendi terminos tantùm. ARTICVLVS 4.

Pro quolibet autem dolio seu vase vini,quod metietur, per ambas partes soluantur decem denarii turonẽses mensori.Et tãtundem pro vasis oleariis, pro mensura verò vasis in quo vinum bulit & feruet,habeat mẽsurator sex liardos, vt supra soluendos.

¶ De æstimatoribus damnorum.

RVBRICA 17.

ARTICVLVS. 1.

Statuimus quod annis singulis, in primo concilio post electionem consulum,eligãtur quatuor ęstimatores damnorum, prædiis vrbanis & rusticis illatorũ. Et pro prædiis vrbanis nominẽtur octo, per cõsules,videlicet, duo latomi, duo Gipsarii, duo fabri lignarii, & duo fabri ferrarii,quorũ noĩa & cognomina

in cartulis ſeparatis ſcribantur. Quæ poſtquàm infra pileũ repoſita fuerint, qui prim⁹ cuiuſq; artis in manum venerit, ſit illius artis æſtimator. Pro ruſticis verò prædiis nominentur etiàm per cõſules quatuor agricultores, admodum probati, & experti, quorum nominibus infra dictum pileum, vt ſupra, repoſitis, duo qui primi occurrerint, ſint eorundem damnorum æſtimatores, qui iurabunt in manibus viguerij, ſeu eius locũ tenentis, de benè & fideliter ęſtimando, & referendo omni fraude ceſſante. Habebit autem quilibet eorum pro ſua mercede decem ſolidos turonenſes pro qualibet integra diëta, ſoluendos per requirentem, a damnum inferente recuperandos. Volumus tamen quod ambę partes poſſint pro arbitrio, vnum, vel plures ex dictis æſtimatoribus, aut aliis aſſumere. Quãdo autem per iudicem cõmittetur expertis ſimpliciter, ſupradictis æſtimatoribus ſecundum naturam

negotii commissum esse intelligatur.

¶ De Saltuarijs siue custodibus territorij ciuitatis.

RVBRICA. 18.

ARTICVLVS. 1.

Statuimus quod fiat proclamatio per præconem, voce tubæ, in locis supra in rubrica decima quarta articulo finali designatis, quod omnes habentes prædia in territorio ciuitatis, compareant, si sua putauerint interesse, in domo dictæ ciuitatis, certa die & hora visuri, liberari ad extinctum candelæ, custodiam territorii prædicti, sex hominibus, aut pluribus, vel paucioribus, meliorem conditionem offerentibus, ad rationem certæ pecuniæ pro qualibet heminata prædiorum, quorumcúnq; hominum etiam exemptorum, dicti territorij, ad tempus vnius, vel duorum, aut plurium annorũ, pro vt eisdem consulibus tunc expedire videbitur, & iurabunt dicti custodes se fideliter custodituros, & relationem

damnorũ infra mẽtionatorũ facturos.

ARTICVLVS. 2.

Declarantes territorium moreriarũ, comprehendi & cõtineri ſub territorio Auenionenſi.

ARTICVLVS .3.

Adiicientes,quod in dicta liberatione expreſſè dicatur,quod dicti cuſtodes teneantur ſoluere omnia damna illata prędiis,& arboribus dicti territorii via executiua, nullo iuris ordinę ſeruato, iuxta cõtenta in rubrica de damno dato infra libro tertio. Aut eum qui damnum intulerit,denunciare, & notificare curiæ, & damnũ paſſo,omni fraude ceſſante, per totam illam diem, aut ſequentem, qua dãnum datum eſſe nouerint: denunciationi quorum, dummodò ſint duo, ſtari volumus,niſi cõtrarium probetur quod ſe feciſſe alicui notario curiæ, ad electionem damnum paſſi, referant. Qui ſi prę miſſa facere differant,ceſſante iuſto impedimento,damnum datum ſoluere te-

neantur: facta verò denunciatione, si denunciatus vocatus coram iudice, non se intra dies octo purgauerit, damnum datum modo, quo supra, soluere cogatur. Si verò se purgauerit, idē custodes damnum datum soluere teneantur.

¶ De proxenetis.

RVBRICA 19

ARTICVLVS. 1.

Statuimus quod proxenetę non sint participes emptionum, vel aliorum contractuū, quorum sunt mediatores. Neq; poss' int retinere illud, q̧ emendum aliis obtulerint. Qui teneant' denūciare merces quas venales proponunt, vbi sint, & quales sint. Et qui contra fecerint, in quinquaginta solidis turonensibus, aut maiori pœna secundum qualitatem negotii, arbitrio curiæ puniantur, cuius pœnæ accusator habeat medietatem, & fiscus alteram.

ARTICVLVS. 2.

Item quod prædicti proxenetæ ad vi-

tandas fraudes,quæ dictim committuntur,si super re vendita moueatur lis, teneantur nominare illũ,qui sibi eam tradidit:& venditori nomen & cognomen emptoris declarare,si scire voluerit.

ARTICVLVS 3.

Item quod proxenetæ qui sciunt, vel verisimiliter scire possunt, rem non esse tradentis, illam venalem exponere non præsumant, sub pœna centum solidorũ turonensiũ pro quolibet contraueniente,ac maiori,arbitrio curiæ,iuxta qualitatem negotii.Iudei verò quia frequentiores sunt in rebus furtiuis vendendis, contrahendis,vel occultandis,duplo puniantur.Cuius pœnę medietatẽ habeat accusator,& alteram fiscus.

ARTICVLVS. 4

Verisimiliter autem scire præsumantur, si rem sibi traditã a vagabundo vel filio in potestate patris existente, vel vxore aut aliis domesticis,nisi in presentia patris,viri,vel domini respectiuè,ac-

cipiant, aut prefecti essent alicui negotiationi.

ARTICVLVS. 5.

Nullus Iudeus præsumat in tractandis matrimoniis inter christianos se intromittere, propter reuerentiam sacramenti, sub pœna decem librarum turonensium.

ARTICVLVS. 6.

Item non audeant Iudei res sacras, vel benedictas vt puta cruces, calices, indumenta sacerdotalia, altaris ornamenta, & alias res ad dei cultum dedicatas, in pignus recipere, neq; emere, pœna decem librarum turonensium: cuius pœnę accusator habeat medietatem, & fiscus alteram. Et si non habeant in ære, luant in corpore arbitrio iudicis. Si verò in præmissis iterum deliquerint, duplicetur pœna, & eo ipso ab huiusmodi officio sint priuati.

ARTICVLVS. 7

Addentes quod viguerius non admittat aliquem christianum in proxenetã, nisi de consilio relatorum mercatorum,

qui teneātur iurare in manibus viguerij ſeu eius locũtenẽtis de benè & fideliter conſulendo. Et ſi aliquis fuerit aliter receptus, nulla ſit receptio. Quòd ſi aliter admiſſus prȩſumat dictum officium exercere, pœnam centum ſolidorum turonenſium incurrat, & perpetuò inhabilis exiſtat ad dictum officium.

ARTICVLVS. 8.

Item quod ſi vnus proxeneta incipiat tractare contractum aliquem, & alius perficiat, qui perfecit, habeat ſalarium infra taxandum. Et ſi primus interueniat in concluſione dicti contractus per ſecundum perfecti, diuidatur ſalariũ inter ipſos. Si verò ſine interuentu ſecundi, parteſmet concludant dictum contractum, iam inchoatum per primum proxenetam, ſi hoc contingat intra tres dies in rebus mobilibus, dictus proxeneta, qui incȩpit tractare negotium, conſequatur ſuum ſalarium. Et idem in rebus immobilibus, ſi contractus perficiatur

intra mensem, aliâs dictis terminis lapsis, nihil exigere possit.

ARTICVLVS. 9

Item quod prędicti proxenetę vltra infra scriptam taxam, nihil exigere possint pro eorum proxenetico seu salario.

Sequitur taxa.

Et primo soluatur vnus solidus turonensis pro qualibet sarcina, quatuor quintaliũ rerũ infra scriptarum, veluti Gallarum orientalium aut alterius qualitatis. Gallice, de Galles orientalles, ou de quelque aultre sorte.

Orizæ: de Ris.

Aluminis: Dalum.

Malorum aureorum: d'oranges.

Sinapi in grano: de monstarde en grain.

Saponis: de Sauon.

Terebinthi: de Tourmentine.

Mellis: du Miel.

Sulphuris: du Soulphre.

Cumini: de Coumin.

Anizi: d'Anys.

Coriandri:de Coriandre
Liquiritiæ: de Regalice.
Glutinis cuiuſcúnq; : de colle de toute ſorte.
Chalchanti:de couppe Roze,ou vitriol
Stuparum,tàm albarum quàm nigrarũ: d'eſtouppes tant blanches que noires.
Lithargirii : de Litarge.
Reſinæ:de perreſine.
Garipotis : de Garipot.
Auripigmenti : d'orpiment.
Amidi: Amidon.
Anchuſæ : d'orchanette.
Auellanarum:d'Auellanes.
Ficuum cuiuſcunque: de toute ſorte de Figues.
Capparis: de cappres.
Glaſti: du Paſtel.
Fœniculi græci: de Cenigret.
Rubiæ: de Garen ce.
Breſilli : du breſil.
Ceruſſę : de Ceruze.
Cuiuſcũq; papyri:de toute ſorte de papier.

Racemorum: de Rayſins.
Et ſoluatur dimidiũ pro centenario aliorum aromatum & pharmacorum: de toutes aultres drogues.
Et ſoluantur ſex ſolidi turonenſes pro ſingula ſarcina vulgo Balla. Piperis: de poyure.
Nucum muſcatarũ : de noix muſcades.
Gariofili: de Girofle.
Cinamomi: de Cannelle.
Macis:vulgò maſſis.
Aromatum: d'Eſpices.
Et ſoluãt 4.ſolidi turoñ ꝑ ſingula ſarcina ſeu balla.Zimgiberis:de Gingẽbre.
Cardamomi:de graine de paradis.
Cinabri: de Cinabrium.
Mequini : de Mequin.

Et ſoluatur pro qualibz ſarcina quatuor quintalium.
- Cuiuſcũq; ceræ:de cire. 4.ſol.t.
- Cuiuſcúnq; ſaccari:de Sucre & Caſſonnane. 4.ſol.tur.
- Leuconij cuiuſcúnq;: de cotton de toute ſorte. 2.ſol.tur.
- Thuris: d'Encens. 2.ſol.tur.

Et ſoluatur pro Quintali argenti viui, d'Argent vif. 1. ſol. tur.

Et pro qualibet ſarcina ſerici: de ſoye, detur numus aureus: gall. vn eſcu.

Et pro quolibz ſegmine, ſeu fruſto ſerici heteromali, gall. piece de velloux. Octo ſol. turon. ſoluantur.

Et pro qualibet ſalmata tritici, auenę, ſiliginis, gall. bled, auoyne, ſeigle: duo decim denarij ſoluantur.

Et pro ſingulo vaſe vini, gal. vaiſſeau de vin & pro ſingula ſarcina olei, gal. charge d'huyle, vnus ſolidus tur. ſolu.

Et ſi eſſent vltra decem ſarcinas, tunc pro qualibet ſarcina ſoluāt̃ 18. denarij

Et pro ſingulo vaſe pelamedis, gal. de tonnine, 3. ſol. tur. dentur.

Et pro vaſculo eiuſdem medius ſolidus turon. detur.

Et tātundem pro vaſculo ſardiniarum: gal. de ſardes.

Pro aliis verò mercibus duo denarii ſoluantur pro ſingula libra turonenſi.

precedenti de omnibus contractibus, & distractibus ac vltimis voluntatibus ostendere, & exhibere superiori in presenti ciuitate resideti, vel alii per ipsum deputando, benè & decenter in mundum redactas.

ARTICVLVS 2.

Non possint notarii aliquid in margine notæ originalis scribere, vel addere: sed si aliquid addere, vel mutare necesse sit, hoc fiat in fine notę ante subscriptione notarii, aut in fine cuiusq; paginę addita approbatione eiusdem notarii. Et additiones aliter factæ nihil probent, & pro non factis habeantur.

ARTICVLVS. 3.

Substituti notariorum, non possint aliquos contractus, vel distractus recipere, inter eorum magistrum & alium, quod si sumpserint, sint ipso iure nulli, in his quæ concernunt vtilitatem eorum magistri: quod locum habeat in conductoribus seu Renderiis officiorum, eorundē

magiſtri. Quibus omnibus præcipimus vt quilibet eorum proprium & diſtinctum manuale habeat, in quo deſcribat ſuas notas quorũcumq; contractuum, diſtractuum, & vltimarum volũtatum, ita quod notæ vnius non inſerantur in manuali alterius ſub pena xxv. librarũ turoñ.

ARTICVLVS. 4.

Quod ſi contingat ſubſtitutos notariorum ſumere aliquas notas quorumcumq; cõtractuum, vel diſtractuum, vel vltimarum voluntatum, aut donationis cauſa mortis, quæ de cõſuetudine apud magiſtros remanent, poſſint eorum magiſtri tenore preſentis ſtatuti illas extrahere, & ſignare, & pręmium inde accipere, ac ſi illas recepiſſent.

ARTICVLVS 5.

Notarius etiam non poſſit aliquas notas quarumcunq; diſpoſitionum prædictarum ſumere, niſi notarius, vel teſtes ſaltem vnus cognoſcat diſponentes, & id in nota dictarum diſpoſitionum ex-

presse per notarium asseratur. Quòd si a nemine ipsorum cognoscantur, non possit dictas notas recipere, nisi iudici videatur ex aliqua causa, veluti infirmitatis, aut alia causa, quo casu ætas, statura, color, tàm faciei, quàm pillorũ, & qualitas personæ, in presentia iudicis, & testium, in ipsa dispositione describantur.

ARTICVLVS. 6

Notarius possit bona subditorum papaliũ sita extra terras ecclesiæ, obligare, curiis existentibus extra terras sedis apostolicæ, non autem personam, nisi tẽpore executionis dictarum obligationum extra terras ecclesiæ, habitare reperiantur. Et si aliter notarius obliget, incurrat pœnam viginti quinque librarum turonensium. Et nihilóminus obligatio respectu personæ, quoad curias extra terras sedis apostolicæ, sit ipso iure nulla.

ARTICVLVS. 7.

Quia sepè nonnulli notarij solent ge-

nerales clausulas ita extendere, vt dispositio principalis plerúmq; mutetur, & alteretur contra verisimilem mentem disponentium, statuimus, quod per quamcumq; clausulam generalem, appositam in contractu, vel distractu, aut alia quacumq; dispositione cuiusuis tenoris existat, & sub quacumq; verborũ forma, nũquàm intelligatur mutata, & alterata principalis dispositio: si aliâs de iure sit valida, sed remaneat prout verba eiusdem dispositionis sonant, veluti, si in donatione causa mortis, fiat mẽtio de hęredibus, vel notarius in clausulis generalibus apponat talia verba, videlicet, & promisit dictam donationem non reuocare, nihilóminus dicta donatio retineat semper naturam donationis causa mortis, prout dispositiua dicit, & sic in alijs similibus.

ARTICVLVS. 8.

Similiter per quamcumq; renunciationem generalem, sub quacunq; ver-

borum forma amplissima, appositam in contractu diuisionis bonorum,non censeatur renunciatum fideicommisso, nisi per pactum expressum, per diuidentes fideicommisso renunciatum fuerit.

ARTICVLVS. 9.

Notarius constitutione dotis non possit stipulari pro liberis, neq; in donatione causa mortis pro hæredibus. Et si pro dictis liberis, vel heredibus stipuletur, stipulatio,quoad eos,nihil valeat, nisi ꝑ pactum expressum id,à contrahentibus disponatur. Ex hoc tamen non cēseatur sublata patri, & cuicunq; alteri dotanti, facultas stipulādi dotem restitui,cui voluerit.

ARTICVLVS. 10.

Ad obuiandum superfluitatibus, & contrarietatibus ,quæ ex multiplicibus clausulis, in contractibus, vel distractibus per aliquos notarios insertis,oriuntur,statuimus,quod deinceps pro specialibus, & diuiduis renunciationibus in

præmiſſis apponi ſolitis ponatur renunciatio ſequens, videlicet, & dictę partes rennuciauerunt omni legum auxilio, & omni iuri in contrarium facienti: quæ quidem renunciatio generalis tantùm operetur, quantum ſpecialis & indiuidua, niſi in caſibus in volumine preſentium ſtatutorum exceptis & reſeruatis.

ARTICVLVS. 11

Et pariter loco conſtitutionis procuratorum in forma cameræ, ſufficiat duntaxat ponere, & dictæ partes conſtituerunt omnes procuratores irreuocabiles, & eorum quemlibet, ad confitendum in meliori forma cameræ.

ARTICVLVS 12.

Teneantur etiàm notarii dum rogantur teſtamenta, vel codicillos ſumere, ante illorum recitationem hortari diſponentes, vt aliquid relinquant hoſpitali pauperũ preſentis ciuitatis, & quod relictum fuerit, denunciare conſulibus dictę ciuitatis, aut rectoribus hoſpitaliũ

post mortem disponentis.

ARTICVLVS. 13.

Si contingat duos aut plures notarios rogari de eodē contractu, vel distractu, seu vltima volūtate, teneatur quilibet ipsorum, notam cum omnibus substantialibus scribere, & penes se retinere, alterq; alterius notam subscribere. Et intelligantur dicti duo notarij de prædictis insolidum rogati, etiàm si non sit expressum, ita vt alter ipsorum, sine subscriptione alterius, posit expedire instrumentum parti requirenti. Et tale instrumentum plenam fidem faciat, ac si ambo essent subscripti, nisi aliter per disponentes conuentum sit.

ARTICVLVS. 14.

Item quod licet debitor renunciet etiā cum iuramento, omni legum auxilio, ac omni iuri in contrarium facienti, non propterea possit per seruientes seu cursores cuiusuis curiæ capi, infra domum suæ habitationis pro causa ciuili, nisi ex

presse cõsenserit, & declarauerit se posse ibi capi, nec etiam per dictam clausulam renunciatum esse censeatur legi si vnquàm C. de reuoc. dona. legi secundæ C. de rescind. vendit. Senatusconsulto velleyano, & macedoniano, legi Iuliæ de fundo dotal. edicto ꝙ mętus caus. Item etiàm renunciationi mercedis, nisi per pactum expressum a cõtrahentibus ita cautum sit, vel nisi in casibus in presentibus statutis expressis.

ARTICVLVS. 15.

Item si pars voluerit instrumentũ cum nota originali conferre, illam notarius exhibere teneatur.

ARTICVLVS. 16.

Item quod quilibet notarius teneatur facere generale repertorium, ordine alphabetico, nominum & cognominum disponentium, per viam contractus, aut distractus, vel vltimarum voluntatum, cum designatione foliorum manualiũ, vbi tales contractus, distractus, & vlti-

mæ voluntates conſcripti erunt, ſub pœna viginti quinq; librarum turonenſium. Necnon ad inſtantiam cuiuſcúnq; intereſſe habentis, tale repertorium perquirere, ſub verbo nominis & cognominis eorum, quorum diſpoſitiones queruntur, nominibúſq; & cognominibus eorum, qui queruntur repertis, ſi manualia in dicto repertorio citata, exhiberi petantur, illa exhibere, ſi iudici viſum fuerit, teneatur. Et ſi requiratur de extrahendo, extrahere teneatur, ſibi ſatisfacto iuxta taxam ſuper hoc factam, tàm de extractione, quàm de dicta perquiſitione.

ARTICVLVS. 17.

Item quod notarij lapſo triennio à die finitæ litis & illius executionis, non poſſint vocare in ius, eos qui litigarunt, nec eorum hæredes, ſi habitatores preſentis ciuitatis vel territorij aut comitatus venayſſini ſint pro ſuis expenſis iudicialibus, niſi infra dictũ tẽpus, eas petiiſsẽt,

aut ad id faciendum legitimum impedimentum habuissent, nisi vellent stare iuramento debitoris super solutione dictarum expensarum.

ARTICVLVS. 18

Item quod in causis criminalibus, vel ciuilibus descendētibus ex crimine, quę coram duobus iudicibus in audientia curiæ temporalis tractabuntur, vel etiā ciuilibus, vbi de iure camerę agetur, soli notarii criminales in illis scribant: vbi verò causæ essent ciuiles de parte ad partem, coram iudicibus vel eorum altero, notarij ciuiliū causarum in eis scribant. Et si contingat appellari ad viguerium in dictis causis ciuilibus, in quibus scribunt dicti notarij ciuiles, notarii appellationum similiter scribant in eisdem: nec audeant aliquid à carceratis vel arrestatis exigere, nisi sit taxatum à iudice, sub pœna amissionis expensarum.

ARTICVLVS. 19

Item quod notarius teneatur expedire

legatario, ac ſubſtituto, ſeu fideicommiſſario particulari, clauſulam legati ac ſubſtitutionis prædictę, in teſtamento vel codicillis contentam, cum clauſula inſtitutionis hæredis, quæ clauſulæ ſic extractę tantam fidem faciant, ac totum inſtrumẽtum. Et pro verificatione harum clauſularum, cum nota originali illam notarius exhibere teneatur. Satisfacto, vt infra libro quarto.

ARTICVLVS 20.

Item notarius habens officium in aliqua curia præſentis ciuitatis, non recedat à ciuitate, die qua curia tenebitur, niſi relicto ſubſtituto benè inſtructo ad referendum ſtatum cauſarum, ſub pœna quinquaginta ſolidorum turonenſium.

ARTICVLVS. 21.

Item quod notarij curiæ temporalis Auenionis coram vtroque iudice, terminos, quoad inſtructionem cauſarum, ſcribere poſſint tàm in curia, quàm extra curiam. Ita quod cauſa cœpta coram vno

posſit continuari coram altero.

ARTICVLVS. 22.

Item quod poſthac nullus notarius poſſit inter quaſcúnq; perſonas, aliquẽ contractum, vel diſtractum, aut aliam quamcúnq; diſpoſitionem vltimæ voluntatis, ſumere. Neq; etiàm acta iudicialia, niſi approbatus fuerit a iudicibus curiæ tẽporalis huius ciuitatis: duobus legum doctoribus curias ſequentibus, ac duobus notariis per eoſdem iudices eligendis, adhibitis. Et ſi contrarium faciat, incurrat pœnam quinquaginta librarum turonenſium, denuncianti pro parte applicandam.

ARTICVLVS. 23.

Item quia ſæpiſſimè contingit decedentibus notarijs, eorum ſcripturas perſonis non idoneis obuenire, & tandèm perire, nec ſucceſſù temporis, ſciri poſſe, vbi tales ſcripturæ ſint, in magnum præiudicium partium, & reipublicæ, ideò ſtatuimus, quod deinceps decedẽtibus

notarijs absque successoribus, in eorum scripturis idoneis notarijs, statim post eorum mortem, omnes notę, prothocolla, manualia, & extensè scripturarum publicarum tam iudicialium, quàm extraiudicialium, per eos, ac eorum substitutos, & prædecessores receptę, instante procuratore fiscali, reponantur infra vnam, vel plures arcas sigillo curiæ sigillatas, expensis illorum, ad quos emolumenta dictarum scripturarum pertinent, seu pertinebunt. Dictæq; arcę reponantur in archiuo per eundem superiorem statuēdo, expensis quorū supra.

ARTICVLVS. 24.

Deindè ad nominationem hæredis, vel alterius successoris dictarum scripturarum, qui non sit, vt dictum est, idoneus notarius requirente procuratore fiscali, deputetur per superiorem præfatum, commissarius idoneus, ad custodiendas, extrahendas, & signandas dictas scripturas, donec dicti hæredes aut alij

ſucceſſores, ſint notarij idonei, qui quidem commiſſarius de dictis ſcripturis debitum inuentariũ faciat præſentibus teſtibus, qui in fine dicti inuentarii ſe ſubſcribant, quod inuentarium perpetuò remaneat in dicto archiuo.

ARTICVLVS 25.

Dictuſq; commiſſarius eaſdem ſcripturas ſic inuẽtariſatas, penes ſe retrahat, & cuſtodiat cũ obligatione in meliori forma, de cuſtodiendo dictas ſcripturas, ac reſtituẽdo his quibus per iudicẽ ordinatũ fuerit, expenſis quorũ ſupra. Et interim idem cõmiſſarius habeat mediẽtatẽ emolumentorum ex ipſis ſcripturis prouieniendorum, & aliam mediẽtatẽ dicti hæredes, vel alii ſucceſſores dictarum ſcripturarum. De quibus emolumentis ſatisfiat dicto procuratori fiſcali, & aliis, qui vacarunt confectioni dicti inuentarii. Si verò dicti hæredes, vel alii ſucceſſores dictarum ſcripturarum efficiantur idonei notarii, eiſdẽ tradantur dictę

ſcripturæ ſub dicto inuentario,

ARTICVLVS 26.

Si autem dicti ſucceſſores in prædictis ſcripturis eſſent idonei notarii tempore mortis dictorum notariorum, omnia cõtenta in tribus proximis articulis precedentibus ceſſent.

ARTICVLVS. 27

Liberum autem ſit dictis ſucceſſoribus dictas ſcripturas alienare, dũmodo alienent notariis idoneis, quibus dictæ ſcripturæ tradantur ſub inuentario in dicto archiuo reponendo, illiſq; prohibemus, ac cæteris notariis ciuitatis, ne extra ciuitatẽ eorum ſcripturas tàm iudiciales, quàm extraiudiciales deferãt, per ſe, vel aliũ, niſi cauſa peſtis, vel alia iuſta de cauſa. Qua ceſſante teneantur illas ſine mora in dictam ciuitatem reportare.

¶ De medicis pharmacopolis aromatariis & chirurgiis.

RVBR 21 ART. 1.

Statuimus, q; nullus audeat praxim in arte medica exercere, medicamina exhibere infirmis, & infirmorum curationem suscipere, quin priùs in suæ doctrinæ significationem, insignibus doctoratus in aliqua celebri vniuersitate fuerit insignitus, pœna decem librarum turonensium, fisco applicanda, ipso facto incurrenda.

ARTICVLVS. 2.

Item quod nullus artem curatiuam per manum, siue chirurgiam exerceat, quin priùs in ea magisterium sit adept⁹, aut per baiulos, & alios artis magistros, examinatus, approbatus, & receptus. Et si dicti magistri aliquẽ recusent, liceat recusato adire vigueriũ, vt & doctorẽ regẽtem, & alios duos in chirurgia magistros vocet, corã quibus, an recusationis causa iusta fuerit, cognoscatur, & iudicetur. Et si per eos sufficiens reperiatur, ad magisterium promoueatur.

ARTICVLVS. 3.

Item quod nullus audeat officinam, aut apothecam, quam vocãt, barbitonſoriam, apertam tenere, quin ſit aut in chirurgia magiſter, aut per ſupradictos baiulos & magiſtros, ſufficiẽs repertus, receptus & approbatus. Licebit tamen viduæ magiſtri in chirurgia defuncti, quãdiu ſub nomine illius fuerit, tenere apothecam apertam per famulum idoneum, & approbatum.

ARTICVLVS 4.

Licebit autem cuicumq;, & ſine in chirurgia magiſterio, aut magiſtrorum in chirurgia approbatione manu operari, & his q calculos à veſica extrahũt, aut ab oculis ſuffuſiones, quas vocant chatharactas, deponunt, aut heruiis ſiue rupturis medentur manu, ſicut & ijs qui dentes extrahunt, & ſimilia exercẽt, quæ vſu tantùm & nuda experientia comparantur.

ARTICVLVS 5.

Item quod magiſtri chirurgici in ma-

magnis & periculosis morbis, dum remediis vtuntur, quæ periculo non carēt, velut dum adurunt, secant, diuidunt, aperiunt, extrahunt, fracta vniunt, luxata restituunt, aut similia exercent, quę rationem victus cōgruam, sanguinis missionem, purgationem postulant, medicum aut medicos vocent, vt hæc magna ex parte chirurgijs ignota, infirmis perscribantur, & ordinentur, & tutius, & commodius curentur, qui huiuscemodi morbis periculosis scilicet, & ancipitibus, detinentur, & laborant.

ARTICVLVS 6.

Item quod si consules ciuitatis, aut rectores hospitalis sanctæ Marthæ domini Bernardi Rascasij, requirant magistros chirurgos ad inuisendū pauperes infirmos in dicto hospitali, quilibet dictorum magistrorum bis, aut ter in hebdomada, & sepius si opus sit, visitare teneatur, ordine tamen successiuo seruato per hebdomadas, aut mēses. Et idem

obſeruetur in alijs infirmis, aut mortuis in alijs locis ciuitatis, tempore quo vigebit peſtis, aut illius rumor, & dubiũ.

ARTICVLVS. 7.

Item quod nullus audeat officinam, aut apothecam medicamentorum pro ægrotantiũ ſalute, & cura habere, quin priûs examinatus ſit per baiulos, & magiſtros artis aromatariæ, anni illius & proximè præteriti, coram doctore medico regente, & doctus & peritus in cognoſcenda materia medicinali, & eam eligenda, pręparanda, ſeruanda, & componenda, & adminiſtranda repertus ſit, approbatus, & receptus, & exhibitis quatuor varijs medicamentorum compoſitionibus, peritiam ſuam, vſum, & experientiam comprobauerit, dum medicamenta ſimplicia eligit, corrigit, præ parat, decoquit, miſcet & componit, exactè, & ex arte, & in officina alterius baiuli, ſuis ſumptibus, poſtmodum conuocet omnes, & cæteros artis magiſtros, in

ſuorum operum iudices, an artificioſè, ſeu ex arte, decẽter, & exactè facta ſint omnia, & conſtructa necne. Ante hæc omnia, & primum in pharmacopolis, & officinis inſeruiendo ſeptem annis verſatus ſit, artem & adiſcendo, & in ea ſe exercendo, in quibus & ingenium, & mores, probitas, & fides dignoſci poterunt, qui inter artifices receptus fuerit, & in eorum claſſe numerabitur, ſemel tantùm florenos quinque, cõfratriȩ per ſoluat, pro ſuſtinendis illius impenſis & ſumptibus.

ARTICVLVS. 8.

Item quod nullus pharmacopola, aut aromatarius, in magnis medicamentorum compoſitionibus, in ſequenti articulo deſcriptis, poſtquàm ſingula ex quibus componuntur, præparauerit, & ſeparatim ſuis in locis diſpoſuerit, audeat ſimul miſcere, aut vltra procedere, príúſ quam conuocauerit medicum regentem, aut in eius abſentia ſubſtitutum

eiuſdem,& cum eo artis baiulos, aut alterum ipſorum, aut ſubſtitutos in eorũ abſentia, qui præparata medicamenta videant,iudicẽt,probent, aut reprobẽt: cumque omnia probata fuerint, ipſis preſentibus, omnia miſceat puluerãdo, decoquendo, & vt ars præcipit,miſcendo, ita vt non amplius ſeparari poſſint, cumq; probatum fuerit medicamẽtum, inſcribatur in libro aromatarij,aut pharmacopolæ,annus, menſis, & dies compoſitionis, & ſimul totius cõpoſitionis quantitas, cum ſubſcriptione ſupradictorum, vt in futurum ex inſcriptione dignoſcatur, ſit ne compoſitio antiqua, & viribus exhauſta,an adhuc efficax,& valida.

ARTICVLVS 9.

Compoſitiones antidoti, requirentes medici,& baiulorum preſentiam, dum diſpenſantur, ſunt, quæ ſequuntur, & his ſimiles.

Mithridatum, Theriaca magna, aurea, alexandrína, Trifera persica, confectio hamec, catholicum electuariũ indium, Maius diaphenicon, diaprunis, solutiõ, benedicta, trifera sarracenica, hierapicra, simplex & composita, pillulæ aggregatiuæ, pillulæ de reubarbaro, deagarico, maiores de hermodatilis, fœtidæ maiores, lucis maiores, imperiales alephanginæ, de fumo terræ, & aureæ inter syruppos, syruppus de andiua cõpositus de cichorea cum reubarbaro, de fumo terræ compositus, de eupatorio, de epythimio, de stecade, de arthemisia inter electuaria, aromaticum rosatum, triasandali, diarodum abbatis, diambra de gemnis, diamuscus, diacucurma, dialacca maior, aut minor inter emplastra, emplastrum de meliboto, contra rupturam, vnguenta aragon martiaton, comitissæ, & id genus, compositiones magnæ & insignes, & celebres ex plurium & variorum medicaminum mix-

tionibus, ex medicorum præſcriptionibus.

ARTICVLVS 10.

Item quod doctor medicus regens, ſiue qui ſtipendiis vniuerſitatis medicinam profitetur, vnà cum antiquiore doctore vniuerſitatis, vno anno prouinciã illam probandi medicamẽta ſimplicia, ex quibus alia debent cõponi ſuſcipiat, altero anno cum antiquiore doctore, & ſic conſequenter ordine antiquitatis obſeruato ſequentibus annis, ſumpto tamen iureiurando à viguerio, quod fideliter & probè omnia diiudicabunt.

ARTICVLVS. 11.

Itẽ quod ſecundo quóq; anno, & aliâs dum viſum fuerit commodum, pro reipublicæ, & infirmorum ſalute, fiat omnium compoſitorũ medicamentorũ, & ſimplicium, viſitatio, inſpectio, & diiudicatio bonitatis, prauitatis, adulterationis, ſeu ſophiſticationis, vetuſtatis ſeu antiquitatis, & ſimilium, quæ conſi

deranda & animaduertenda veniunt in ſyruppis, cum ſeruis electuarijs, oppiatis, pillulis, troſiſcis, pulueribus, & cæteris compoſitis medicamẽtis, & ſimplicibus, & in vniuerſa medicinali materia: fiat autem per doctorẽ medicum regentem, & baiulos artis, ſiue iuratos anni illius, & aderit, ſi adeſſe voluerit, procurator fiſcalis curiæ temporalis, cũ altero ex notariis criminalibus dictæ curiæ, præſtito priûs per eos, qui viſitabunt, iuramento, in manibus viguerij, ſeu eius locumtenentis, quod fideliter iudicabunt, & omnia perſpicient, & ad veritatem, curiæ referent, ſi quæ reperta fuerint alia, & aliter quàm eſſe debent. Et ſi adſit officialis aliquis curiæ, ille nihil recipiet ab iis, quorum officinæ viſitantur præter quàm à delinquentibus, ſi aliqui deliquiſſe probentur.

ARTICVLVS. 12.

Item quod ſi filius minor viginti annorum, defuncto patre artis aromata-

riæ magiſtro, aut vxor, defuncto magiſtro artis viro ſuo, velint officinam ſeu apothecam dictæ artis habere, & aper tam tenere, id poſſint per famulum peritum, & probatum per baiulos & doctorem regentem.

ARTICVLVS. 13.

Item quod medicamenta, quę non reperiētur talia, qualia eſſe debent, reijciā tur & comburantur. Aromatariuſq; arbitrio curiæ condemnetur, & cōdemnationis mediētas ad fiſcum, altera ad confratriam beatæ Mariæ Magdalenę, pertineat.

ARTICVLVS. 14.

Item, quod nec ciuis, nec forenſis, vendat, aut venales teneat publicè aut ſecretè, ſpecies aliquas molitas, aut trituratas, qui non ſit aromatarius, aut ſpeciarius iuratus, ſub pœna viginti quinq; librarum turonenſium: habeant autē aromatarij, aut ſpeciarij, quas vendunt ſpecies benè mūdas, benè cribratas, ſeu gra

bellatas, & quæ puluerisantur species, sint benè mundæ,electę, & cum sufficienti & bono croco, & visitabuntur per dictos baiulos iuratos, & si reperiantur adulteratæ,aut vitiosæ, qui has vendit, puniatur centum solidis turonensibus fisco applicandis, & si in ciuitatem deferantur species puluerisatę per mercatores,priusquàm vendantur,probentur, & gustu,& visu, per baiulos iuratos. Et si ab illis reprobentur, aut damnentur, puniatur, qui eas in ciuitatem detulit, & vendit, in viginti quinq; libris turonensibus. Condemnationis pars tertia fisco,alia hospitali domini Bernardi Rascasij,reliqua cõfratrię diuę Marię Magdalenę,applicetur.

ARTICVLVS. 15.

Item nullus aromatarius vendat, aut det alicui res venenosas,aut venena,quę nocumentum afferre possint,nisi sit persona,cuius boni mores, probitas, integritásq; vitæ,sint omnibus noti,& benè

cogniti, & adhuc inquirat, ad quē finem talia capiantur, pœna centum & quinquaginta librarum turonensium ipso facto incurrenda. Cuius tertia pars accusatori, etiàm si secretò denunciauerit, detur: reliquæ partes fisco, aut alia maiori pœna arbitrio iudicis imponenda. Si verò dicta venena darentur causa aliquod maleficium, aut delictum perpetrandi, pœna corporali arbitrio iudicis puniatur.

ARTICVLVS 16.

Item quod aromatarii habeant librū benè compositum, in quo scribantur omnes receptæ à medicis ordinatæ, & per eosdem medicos in eodem libro sub scriptæ, aut si à medicis dictæ receptæ scriptæ fuerint, eas pharmacopolæ custodire teneantur: qui contra fecerint, nihil pro receptis non custoditis, exigere possint.

ARTICVLVS. 17.

Item, quod aromatarius in sua apo-

theca habeat vſualia ad medicinam pertinentia, per duos medicos doctores ab eorum collegio deputandos, declaranda, de quibus per eos cõficientur tabula, quę ſingulis aromatariis detur, & hoc in parua, aut multa quantitate, intra menſem, à declaratione huiuſmodi, ſeu aliũ terminum ab ipſis medicis moderandũ, pœna quinque librarum turoneñ.

ARTICVLVS. 18.

Item quod duo aromatarii per dictos doctores medicos electi, coram iudicibus ordinariis, curiæ temporalis, preſente aduocato fiſcali dictæ curiæ, ſingulis annis taxent omnia præcia artis aromaticæ, ne aliquis cõqueri poſſit de iniuſto precio. Et quia temporis varietate pręcia rerum mutantur, dicti aromatarii teneantur intra triennium computa omnibus qui ab eorum apotheca aliquid receperint, tradere.

ARTICVLVS. 19.

Item quod nullus cuiúſuis cõditionis

fuerit,moratoriam, aut quinquénalem, ſeu maioris aut minoris temporis, dilationem, pro rebus medicinalibus obtinere,minúſq; ea gaudere poſſit.

ARTICVLVS 20.

Item, quod Grabella ſignetur, ſigno curię temporalis, priûs per baiulos iuratos viſitata, alioquin grabellator puniatur pœna decẽ librarũ turonenſium.

ARTICVLVS 21.

Item quod candelæ, faſces, brandones, fiant ex cera munda, ſincera, pur gata ab omni pinguedine, reſina, oleo, pice, & ſimilibus:Et vt fraus omnis euitetur,fiat viſitatio ſecundo quoq; menſe, & ſępius, ſi ita viſum fuerit. Et ſi fraus aliqua apparuërit,pro quolibet cereali ſoluantur ſolidi quinque turonenſes,fiſco,& confratriæ predictæ.

ARTICVLVS. 22.

Item quod tres partes ponderis faſciũ & cerealium, maiorum, aut minorum, ſint ex cera munda, pura, ſyncera

Quarta autem pars dicti ponderis sit ex filo puro, sub pœna prędicta eisdem applicanda.

ARTICVLVS. 23.

Item, quod in cereis, siue rotundis, siue quadratis, pro vna ceræ libra, ponantur tantùm sex fila bombacis, & sex filamẽta fili, quod vocāt spinacam albam. Pro media libra, aut pro quaternione ceræ ponantur proportionabiliter fila, seruetúrq; in omnibus dicta ꝓportio, pœna decem solidorum turonensium fisco, & dictæ confratriæ applicandorum.

ARTICVLVS. 24.

Item quod aromatarii pro medicamẽtis ad curam infirmi traditis, etiàm si ex ea moriatur infirmus, & pro fascibus, & cerealibus, ac candelis pro funere, præferantur nedum creditoribus chirographariis, sed & habentibus tacitas hypothecas: dummodò non sit excessus, secũdum qualitatem personæ funeratæ, & facultatem bonorum eiusdem, ac etiàm

prçferantur dotibus vxorũ,& eorũ augmento ratione medicamentorum exhibitorum,& traditorum, ad causam infirmitatis propriç personç ipsarum vxorũ. Et idem seruetur in liberis habentibus donationem ab eorum parentibus.

¶ De mercatoribus & artificibus ac eorum libris.

RVBRICA. 22

ARTICVLVS. 1.

Statuimus, quod deinceps libri mercatorũ bonorũ nominis & famæ, ĩ his, quç pertinent ad mercatoriam artem dummodò propria manu ipsius mercatoris, vel vnius fidelis, & legalis institoris scripti fuerint, & data, & recepta, in eo scripta sint, talesq; existant, vt illis secundum iudicium mercatorum fides adhibenda sit, intra triennium, a die receptionis mercium, fidem faciãt: post triennium autem eisdem libris nulla detur fides, nisi cõstet de petitione, saltem extraiudiciali, cum traditione computi

manū propria eiusdem mercatoris, vel institoris subscripti intra dictum triennium facta.

ARTICVLVS. 2.

Item statuimus, quod deinceps pistores, panum venditores, factores, fabri ferrarij, fabri lignarij, calligarii, sutores, sellerii, latomi, gipsarii, sartores, cęterique artifices, qui habita fide de precio, res suas ad eorum artem pertinentes, vendunt, & tradunt, teneantur petere infra sex menses eorum debita, ratione præmissorum durantibus dictis sex mensibus contracta, computandos ab ea die, qua primū cœperint aliquid ex p̄missis dare, facere, expedire, quibus sex mensibus elapsis, præmissa debita peti non possint, nisi durantibus dictis sex mensibus, fuisset facta requisitio iudicialis, vel extraiudicialis de soluendo.

¶ De hospitibus mercatorum.

RVBR. 23. ART. 1.

Statuimus, quod habitatores ciuita-

tis, mercatores aduenas in ſuo hoſpitio recipientes, non emant merces eorum dem mercatorum, nec ſint cum ementibus participes, Et ſi cõtra fecerint, pœna centum ſolidorum turoneñ puniantur, maiori arbitrio curiæ, ſecundum qualitatem negotii. Et nihilóminus ex dicta emptione nullum commodum cõſequantur, cuius pœnę denunciator habeat mediëtatem.

¶ De aurificibus.

RVBRICA 24.

ARTICVLVS. 1.

Statuimus, quod aurifices, qui auro, vel argento operantur, iurent in manibus viguerii, vel eius locumtenentis de benè & fideliter operãdo. Et quod in operibus per eos confectis, non vtantur alieno ſigno, ſiue ponſono.

ARTICVLVS 2.

Item, quod tàm ipſi aurifices, quàm etiam campſores, & alii quicũque emẽtes, vel vendẽtes ad pondus, argentum,

vel aurum, aut materiam, ex argento, vel auro, vtantur ſolùm pondere marchæ pariſienſis, prohibentes, quod nullus poſſit tenere penes ſe, aliud pondus marchæ, minuſque illo vti, habeatque curia penes ſe ſimile pondus pariſienſe legale, & alia pondera legalia ad ponderādum ſcuta, teſtones & alias monetas, cum quibus cætera pondera legitimentur, ſeu egaliſentur.

¶ De molendinariis.

RVBRICA. 25.

ARTICVLVS. 1.

Statuimus, quod nullus molendinarius, pro molitura debeat accipere vltra quadrageſimam partem eorum, quę molentur: Et molendinarius habere teneatur duas menſuras vulgò vocatas coſſas, ſignatas ſigno curiæ. Et recipiantur mēſurę illæ per molendinarium raſæ, & nō cumulatæ, & ſi reperiatur fraus in menſura prædicta: aut fraudem tritico, vel aliis granis, aut farinæ fecerit molendi-

narius,parti lesæ ad id,quod intereſt,teneatur. Et vlterius pro prima vice ponatur in colari curiæ, ibi mãſurus arbitrio iudicis,pro ſecunda,fuſtiget̃, pro tertia etiàm fuſtigetur, & exulet. Et de fraudibus commiſſis in tritico,vel farina, & alijs præmiſſis, per eius famulos parti lęſę,ad id q̃ intereſt,teneatur,& famuli pœnis prædictis puniantur.

ARTICVLVS. 2.

Quodq́; molendinarius pro portu,& reportu cuiuſlibet ſalmatæ grani, vel farinę,tàm infra ciuitatem,quàm extra, mercedem vnius ſolidi turonenſis tantùm conſequatur.

ARTICVLVS. 3.

Et ſi quis triticum ad molendinum portari,ac reportari expenſis ſuis,curauerit:molendinarius etiam illud molere teneatur, & nihil pro portu vel reportu recipiat,teneaturq́; triticum mittendũ ad molendinum, ad pondus, ſi domino tritici ita viſum fuerit, recipere, pœna

quinquaginta ſolidorum turonenſium fiſco applicanda, illúdque conuerſum in farinam, teneatur molendinarius ad idē pondus reſtituere. Et tunc in reſtitutione detrahatur quadrageſima pars dicti ponderis farinæ, dicto molendinario ſoluta. Et vbi reperietur aliquid de pondere, detractis detrahendis, deficere, teneatur molendinarius ſoluere parti læſæ duplum. Qui ſi ſoluendo non ſit, arbitrio curiæ puniatur.

ARTICVLVS. 4.

Et qui priûs fuerit in molendino, cum ſuo tritico cauſa molendi, priûs molat. Idque facere molendinarius teneatur, pœna viginti quinq; ſolidorum turonenſium, fiſco applicanda, & vltrà parti ad intereſſe teneatur.

ARTICVLVS 5.

Liceat autem cōcilio ciuitatis pondus tritici, & farinæ, ac locum in quo quilibet ponderare teneatur, cōſtituere. Cui ponderi vnus vel plures pręficiantur.

Qui iurabunt in manibus viguerij seu eius locumtenentis,officium suum fideliter exercere.

¶ De Pistoribus.

RVBRICA 26.

ARTICVLVS 1.

Statuimus,quod pistoribus non liceat, dum panes in furnum immittunt,tenere fores domus furni clausas.Nec ita panes pręmere, & coniungere infra furnũ, vt panes suam formam , & rotũditatem amittant , panemq; debitè coctum in numero , quo receperunt , ad domum cuius erit, reportare teneãtur.Et taliter se gerant , quò nec doli , nec culpæ redargui possint . Si verò de pane cocto, aut de massa , vel farina aliquid subrasserint,detraxerint, diminuerint , vel retinuerint,fustigentur.Et si in aliquo aliorum præmissorum casuum,contrauenerint , pœna quinq́ue solidorum turoñ. mulctentur, & ad restitutionem damni teneantur.

¶ De vendentibus vinum minutatim.

RVBRICA 27.

ARTICVLVS. 1.

Statuimus, quod quicumque vinum vendere voluerit minutatim, teneatur habere minutiores menſuras legales, & ſigno curiæ ſignatas, vulgo picheriam, & fulhetam, cum quibus teneatur facere menſuram bonam & legalem.

ARTICVLVS 2.

Nec liceat ei miſcere aquã, vel aliud vinum, pœna centum ſolidorum turonenſium, & aliá maiori, arbitrio iudicis.

ARTICVLVS 3.

Qui autem cum aliqua prædictarum menſurarum illegitima vendiderit, ſupradicta pœna puniatur.

¶ De vendentibus candelas.

RVBRICA 28.

ARTICVLVS. 1.

Statuimus, quod candelæ fiant ex bono ſeuo, & illarum ellichnium ſit ex bono xiliuo ſeu bõbaci, pœna viginti ſo-

lidorum turonensium, & perditionis candelarum, quarum medietas fisco, altera denuncianti applicetur. Nullusq; possit vendere dictas candelas, vltra præcium taxatum pœna prædicta, & prędictis applicãda, nec soliti vendere, dicant emere volentibus, se non habere, si habeant, pœna prædicta, quibus supra applicanda: quod locum habeat in omnibus vendere solitis omnia ad alimenta oris.

De gipsarijs.

RVBRICA. 29.

ARTICVLVS. 1.

Item quod gipsarij teneantur & debeant habere vnam mensuram vulgo dictam heminam, ad metiendum gipsum signo curiæ signatam. Et non possint vendere gipsum, nisi ad mensuram dictæ heminę.

De marcha & libra, ac aliis ponderibus & mensuris.

RVB. 30. ART. 1.

Statuimus quod curia habeat marchā ferream, & libram etiàm ferream, vel alterius metalli, ſecundum quas legitimentur, & egualiſentur omnes aliæ marchæ, & libræ habitatorum huius ciuitatis: necnon vnam cannam ferream in octo palmos diuiſam, & muro curiæ affixam.

ARTICVLVS. 2.

Item quod cuiuſcúmque alterius generis ponderum, & menſurarum, curia habeat vnum pondus, & menſuram, iuſtam & legalem, cum quibus cætera pondera, & menſuræ priuatorum adequentur.

ARTICVLVS. 3.

Item quod mercatores, campſores, artifices, aurifices, cęteriq; omnes vtentes ponderibus, & menſuris, teneantur ſingulis annis in menſe ianuarii, ſua pondera, & menſuras, per officialem ad id commiſſum, adequandas curare, & literam dominicalem apponi facere. Neq;

possint tenere alia pondera & mensuras non adequatas modo prædicto. Et quádo continget mutari summos pontifices, vltra præmissa, teneātur statim post illius creationem in presenti ciuitate publicatam, insignia eiusdē summi pontificis, in dictis ponderibus & mensuris, apponi facere semel tantum, eiusdem pontificis vita durante. Quod si non fecerint puniantur pœna cētum solidorū turoneñ: si autem pondera & mensurę, quibus vtuntur, non sint legitimæ, eo casu puniantur arbitrio iudicis.

ARTICVLVS. 4.

Quia sepè contingit oriri contentiones super solutione monetarum, quę hîc recipi solent, & maxime in scutis, & testutis seu testonis, propter eorum pondus iniustum, ideò super hoc prouidere volentes, & primo super scutis hic recipi solitis, statuimus, quod licet dicta scuta non sint iusti ponderis, tamèn quilibet ea, dūmodo non sint, vt vulgò dici-

tur bordata, recipere teneatur, cum vno solido turoñ. pro singulo grano deficiẽte, vsq; tñ ad numerũ 3. granorũ, & non vltra: testutos aũt seu testonos, & alias pecias argenti hic recipi solitas, cum 4. denarijs paruis huius ciuitatis, pro singulo grano deficiente, vsquè tamen ad numerum quatuor granorum, & non vltra, & hoc sub pœna arbitrio iudicis imponenda, partim fisco, & partim hospitali sancti Bernardi aueñ. soluenda.

De mercedibus famulorum, famularum, nutricum, & omnium operariorum, ac bestiarum.

RVBRICA 31.
ARTICVLVS 1.

Statuimus, quod quilibet magister lapidum, aut lignorum, vel alterius cuiusuis artificij, qui in àrte sua conuenerit cum aliquo operari, certa mercede statuta, die assignata ad operãdum, teneatur omnino operari, & incœptum opus adimplere, nisi iusta de causa se possit ex-

cuſare. Et pro ſingulis diebus, quibus de fecerit, domino cum quo conuenerit operari, in ſex ſolidis turonenſibus condemnetur.

ARTICVLVS. 2.

Itē conductor operarũ, ſi non ſoluerit die conuentionis de ſoluendo factæ, vel intra diē ſequentem, poſt præſtitas operas, via executiua, quoad bona, ſoluere cogatur, quod erit pro operis debitum.

ARTICVLVS. 3.

Adiicientes quod famuli, & famulæ, & maximè nutrices, teneantur ſeruire magiſtris, vſq; ad finem conuenti temporis, niſi iuſta cauſa ſubſit, propter quã ſeruire non poſſint. Et ſi contrarium fecerint, ſalarium totius tēporis amittãt. Et ſi priùs recepiſſent, illud reſtituant.

ARTICVLVS. 4.

Item quia ſæpe contingit oriri controuerſiam, inter dominum, ſeu magiſtrum, & famulos, famulas, ſeu nutrices, ſuper ſolutione eorum ſalarij, quod eſt

valde difficile probare, cum solutiones dictorum salariorum, fiant minutatim, & sine presentia testium, & notarij: esset enim valde laboriosum, & dãnosum, de singulis solutionibus habere notarium, & testes, ideò statuimus, quod probatio dictæ solutionis fieri possit, per libros domini, si habeat, & si non habeat, per iuramentùm à domino, seu magistro præstandum, si iudici ita videatur, attenta qualitate personarum, & summæ petitæ, si tamen dominus seu magister esset defunctus, stetur eius libro.

ARTICVLVS 5.

Item conducens bestias, ad equitandum, vel ad aliud opus, si illas non restituerit, intra vnam horam simulátq; portæ ciuitatis fuerint clausæ, soluat locatori dictarum bestiarum dietam diei sequentis, & sumptus oris.

ARTICVLVS 6.

Item si conductor bestiarum vltra conuentionem, aut plus debito, bestiam

onerauerit, ſoluat domino beſtiæ duplicem mercedem, & id quod intererit, ſi propter hoc beſtiam mori, vel deteriorari contigerit.

¶De mercedibus viticolarum, & agricultorum,& aliorum. qui ſuas operas locãt.

RVBR. 32. ART. 1.

Statuimus,quod viguerius,ſeu eius locumtenens cum conſulibus & aſſeſſore, ciuitatis adhibitis duobus, aut pluribus alijs,pro eorũ voto in his, ſuper quibus taxandũ,& moderandum erit, debeant in domo ciuitatis,ter ſingulis annis, videlicet,decima quáque die menſium ianuarij,maii,& ſeptẽbris,taxare, & moderari mercedes,& ſalaria, ſupradictorum mercenariorum, habita ratione tẽporis, & præcii omnium ad victum neceſſariorum:vltra quam taxam,& dare, & accipere prohibemus, pœna decem florenorum monetæ currẽtis, ipſo facto incurrenda,partim fiſco, & partim ho-

ſpitali dñi Bernardi Raſcaſij ſoluenda.

ARTICVLVS. 2.

Et ſimiliter taxari mandamus omnes res, ad victum & vſum hominum neceſſarias, ſi ita viſum fuerit. Quam taxam quilibet obſeruare teneatur, pœna arbitrio iudicis imponenda.

ARTICVLVS. 3.

Item quod dicti viticolæ, & agricolæ teneantur ſuas operas fideliter pręſtare, & operari in menſibus maii, iunii, & iulii, per vndecim horas integras: & in mẽſibus augusti, ſeptembris, octobris, februarii, martii, & aprilis, per nouem horas integras, in menſibus autem nouembris, decembris, & ianuarii per ſeptem horas integras, pœna amiſſionis mercedis, hoſpitali domini Bernardi Raſcaſii, & fiſco applicanda, teneantúrque conductori dictarum operarum, ad id quod intererit.

¶ De infantibus baptiſandis, & confirmandis.

RVBRICA. 33.

ARTICVLVS. I.

Statuimus,quod deinceps, dum bapti ſabũtur infantes, illorum patrini & ma trinæ non poſſint ſinguli eorum,ducere ſecum plures,quàm quatuor comites,eo rum filiis ſeu filiabus, ac famulis & ancillis non computatis,niſi eſſent epiſcopi vel duces, comites, aut marchiones. Quòd ſi contra fiat, ſoluat contraueniens viginti florenos monetæ currentis, pro mediëtate hoſpitali pauperum, domini Bernardi Raſcaſii,& pro alia mediëtate fiſco, prohibentes viguerio, vicegerenti, officiali curiæ ſpiritualis,iudicibus curiæ temporalis, cæteriſque facientibus iuſtitiam ordinariam in ciuitate, necnon aduocatis,& procuratoribus fiſcalibus dictarum curiarum, ne in eadem ciuitate fiant compatres, infantium baptiſandorum, & confirmandorum,vt omnis ſuſpicionis cauſa in iudicando euitetur.

De Iudæis.

RVBRICA 34.

ARTICVLVS. 1.

Statuimus,quod iudei, & iudeæ à die mercurii ſancto,vſque ad diem ſecundã paſchę incluſiuè,nõ audeãt exire iudeã.

ARTICVLVS. 2.

Item quod diebus dominicis & feſtis, iudei & iudeæ,nullátenus operentur in publico:ſic quod videri, vel audiri poſſint:& ſi quis contrafecerit,arbitrio curię puniatur,

ARTICVLVS 3.

Item ad honorem & reuerentiam dei ſtatuimus,quod dum ſacroſanctum corpus Chriſti portatur per ciuitatem,nullus iudeus, nec iudea maneat in via,ſed recedat,vel ſe abſcondat,aliàs pœna viginti ſolidorum turonenſium puniatur, cuius pœnæ mediëtatem habeat denunciator.

ARTICVLVS. 4.

Item, quod nullus iudeus vel iudea, poſſit in ciuitate,& illius territorio, habere,& acquirere aliq̃ directum dñium

ARTICVLVS. 5.

Item quod iudei portent pileũ crocei coloris, quò a xp̄ianis diſcerni poſſint, iudeæ verò deferant ſignum eiuſdem coloris in calantica, ſeu tegmine capitis.

¶ De domicilio & habitu meretricum.

RVBRICA. 35

ARTICVLVS. 1.

Statuimus, quod neq; publicè, neque ſecretè mulieres impudicæ, & meretrices in vicinia perſonarum honeſtarum commorentur, a qua vicinia, ſi ad mandatum iudicis, recedere recuſauerint, manu militari expellantur, & arbitrio curiæ puniantur.

ARTICVLVS. 2.

Nec ornamentis precioſis, quibus honeſtæ matronæ indui ſolent, induantur, ſub pœna confiſcationis dictorum ornamentorum. Quinimò ſignum in brachio dextro deferant, pœna fuſtigij, aut alia, arbitrio curiæ.

di. Et si post preceptum sibi factum intra viginti quatuor horas à ciuitate nō exierit, de facto eijciatur, non reuersurus pœna fustigij.

De pulsatione campanæ nocturnæ.

RVBRICA 37.

ARTICVLVS 1.

Statuimus, q; singulis noctibus pulsetur campana more solito, in pinaculo ecclesiæ maioris, & ciuitas habeat singulis noctibus tubicinem, qui tuba canat in turri palatii, & post pulsationem cāpanæ nullus extraneus excepto tempore vindemiarum, sine hospite suo, vel sine lumine, nec aliqua persona suspecta, etiam ciuis, cuius suspicio arbitrio curiæ relinquitur, eat per ciuitatem, aliâs arbitrio curiæ puniatur.

De ludo prohibito.

RVBRICA 38.

ARTICVLVS 1

Statuimus, ne aliquis in tabernis, & lupanaribus, vel domibus lenonum, aut

meretricum, vel alijs locis, quos nõnulli ad ludendum tenere, aut habere ſolent, ludo taxillorum aut cartarum, vel aliâs illicito, ludere audeat, pœna arbitrio curiæ imponenda, etiam eorum receptatoribus.

De bonis per liberos deperditis, vel pignoratis, à parentibus recuperandis.

RVBRICA. 39.

ARTICVLVS. 1.

Statuimus, quod liceat patribus bona per eorum liberos in ludo, caupona, lupanari, vel alio loco inhoneſto, alienata, deperdita, vel pignorata, abſq; alicuius pecuniæ reſtitutione, recuperare.

ARTICVLVS. 2.

Idem permittimus matribus, patre abſente, vel mortuo, quoad earum liberos minores viginti quinque annis. Et idem tutoribus, vel curatoribus, vel ipſis minoribus, tutorem, vel curatorem non habentibus.

De iis qui foro cædunt quos vulgus fallitos vocat.

RVBRICA. 40.

ART. 1.

Statuimus, quod ſi quis foro ceſſerit, ſeu vt vulgo dicitur, banquam ruptam, vel fallitam fecerit, præſumatur in dolo, niſi ſtatim libros rationum ſuarum, per ſe, vel procuratorem, curiæ (etiam irrequiſitus) tradiderit, vt a creditoribus ſuis videri, & calculari poſſint, & hæc oĩa dictis creditoribus in ciuitate exiſtentibus intimauerit, occaſione cuius quidem doli præſumpti, capi poſſit, quocũq; tempore, & loco etiam ſacro, & ad carceres duci: ſitq; priuatus, beneficio ceſſionis bonorũ, & capituli Odoardusᶜ. de ſoluti. niſi talem dolum purgauerit.

ARTICVLVS 2.

Item quod licet talis decoctor tradiderit libros: & creditoribus intimauerit, ſi tamen ſtarent aduerſus eum ali-

qua indicia fraudis, de quibus cōstaret, possit similiter capi, quocumq; loco, & tempore, & si inuentus sit, vel in contrahendis debitis, vel rebus distrahendis, vel occultandis, vel aliter in damnū creditorum, fraudem commisisse, possit arbitrio iudicis puniri: & iudex attenta qualitate fraudis, summarum, & rerum, circa quas fraus commissa fuerit, item conditione debitoris, an esset insignis mercator, quos sæpe vidimus in fraudē plurimorum decoxisse' possit arbitrari, vsq; ad pœnam mortis inclusiuè. Sed si captus non sit, vel quia aufugerit, vel latitauerit, si possit aduersus eum probari aliqua fraus, puniatur arbitrio iudicis, vt supra.

ARTICVLVS. 3.

Eum autem decoctorem, seu fallitum declaramus, qui tempore solutionis nō satisfecerit, sed se in fugam dederit, vel latitauerit, sui copiam non faciendo, vel bona sua occultauerit.

ARTICVLVS. 4.

Item quia sępe contingit dictos decoctores, seu fallitos trāsigere, vel pacisci cum suis creditoribus, vt remissa eis aliqua parte debiti, siue media, siue maiori, vel minori quota, teneantur soluere residuum intra certas dilationes, prout inter eos conuenerit, in quo nonumquā, vt intelleximus, fraudes committūtur. Nam aliqui ex creditoribus clam consequuntur totum, quod eis debetur, vt dictam concordiam fieri procurent, in maximum damnum aliorum creditorum. Quocirca huic fraudi, & indemnitati dictorum aliorum creditorum, melius quàm fieri potest, prouidere volentes, statuimus, quod deinceps ad instantiam aliquorum ex creditoribus, qui concordauerint, vel concordiam intrare voluerint, teneantur cęteri creditores, qui cōcordarunt, & eorum quilibet iuramentum super dei euāgelijs præstare, quod non habuerunt, neque consecuti sunt,

nec habere,nec consequi sperant,de eorum debito,seu credito, plúsquam in cõuentione, expressè cautum est, quod si iurauerint,vel præsente decoctore, seu fallito, vel absente, se habuisse, vel habere sperare,integrum debitum, aut saltem plusquàm in dicta cõcordia expressè contineatur,sit præsumpta probatio, cõtra decoctorem seu fallitum, de fraude:quo casu, dicta supra,de decoctoribus seu fallitis, in eo locum habeant ipsique decoctores seu falliti, dicta cóncordia,priuilegiisque & beneficiis, occasione eiusdem concordiæ obtentis, sint ipso iure priuati.

ARTICVLVS. 5.

Non tamen intelligimus, ex præmissis,quod creditores, qui non concordarunt,cum dictis decoctoribus, seu fallitis, teneantur obseruare concordiam factam cum aliis creditoribus, nisi prout de iure communi teneri possint.

De forma salui conductus in causa ciuili.

RVBRICA. 41.

ARTICVLVS. 1.

Quando saluus conductus concedetur in forma, censeatur dicta forma esse huiusmodi, vt saluus conductus intelligatur esse concessus pro persona tantùm. Et sine præiudicio fisci apostolici, alimẽtorum, mercedis, locationis, seu arrendamenti, & executionis rei iudicatæ, ac dummodo vltra tres menses in vno saluo cõductu, vel pluribus non habuerit, pro eodem debito intra annum.

ARTICVLVS 2.

Teneatúrque impetrans facere regestrari saluum conductum, in regestro datarii legationis, & si regestratio facta non fuerit, saluus cõductus impetranti nõ suffragetur: creditoreque, seu eius procuratore opponente regestrationis defectum, teneatur impetrans de ea fidem facere, intra viginti quatuor horas,

à tempore oppositionis, aliâs saluus conductus non suffragetur.

ARTICVLVS. 3.

Et si eadem die reperiatur saluus conductus obtentus, & carcerationis seu alterius executionis facta executio, presumatur dictus saluus conductus pòst obtentus, nisi contrarium probetur.

ARTICVLVS. 4.

Item si debitor non fecerit intimari creditori suo dictum saluum cōductū, nec illius copiam tabellionatam, eidem tradi fecerit, soluat expensas executionis, etiam si saluus conductus eidem debitori suffragetur.

*** Vt extranei in rebus suis ad ciuitatem delatis non molestentur.

RVBRICA 42.

ARTICVLVS. 1.

Statuimus, quod si aliquis extraneus, detulerit ad hanc ciuitatem triticum, vinum, carnes, pannos, pecuniam, vel alias res causa refugij, vel negociationis,

ita saluæ sint ei res illæ tempore belli, & pacis, vt neq; à curia,neq; ab alio capi possint,nisi propter factum,vel debitum proprium, aut nisi essent pignorationes, quas vulgus represalias vocat, cōtra communitatem illius loci, quem ille tunc habitabat, per superiorē in ciuitate degentem,decretæ.

ARTICVLVS 2.

Extraneum eum intelligimus, qui in ciuitate non habitat, saltem pro aliqua parte anni.

*** De munditia ciuitatis.

RVBRICA 43.

ARTICVLVS. 1.

Statuimus,quod nulla persona cuiuscumq; status, aut conditionis existat, audeat ponere,vel facere,seu proiicere, etiàm tempore pluuiæ, aliquas sordes, vel immunditias,in quibuscumque viis habentibus exitum,vel non habētibus, Et qui contra fecerit, per se,vel familiā suam, seu alium,etiam si illud mandato

domini factum non fuerit, pœnam triginta ſolidorum turonenſium incurrat, denuncianti & fiſco applicandam: nec nõ illas amouere teneatur intra triduũ, à præcepto ſibi facto, mandato iudicis computandum. Et non ſolum predictas, ſed quaſcumque alias ibi exiſtentes, niſi indicauerit, & probauerit perſonam, quę ibi dictas ſordes poſuerit.

ARTICVLVS 2.

Item quod ſingulis hebdomadis, ſaltẽ ſemel, quilibet teneatur mundare viam ante domum ſuam, & ſi facere neglexerit, illius expenſis fiat, mandato magiſtrorum viarum.

ARTICVLVS 3.

Adiicientes, quod in his nulla appellatio admittatur, cùm de munditia ciuitatis agatur.

ARTICVLVS. 4.

Item quod nulla perſona maior ſeptemnio, cuiuſcúmque ſexus exiſtat, audeat ventrem exonerare, in viis publi-

cis habentibus exitum', vel non habentibus, pœna viginti solidorum turonensium, soluẽda per eam, vel eius patrem, si soluendo non sit, quę pœna denunciãti, & fisco applicetur.

ARTICVLVS. 5.

Item quod quilibet habẽs aquarium, teneat illud clausum, & ita benè reparatum, vt aqua non exeat, nisi per canale, idque protendatur vsquè in terram, ne cuiquam noceat: & qui contrauenerĩt, pœna viginti quinque solidorum turoñ puniantur, & ad id quod interest, parti lesę teneãtur, & nihilóminus dictum canale reficere cogãtur.

ARTICVLVS. 6.

Item quod nullus proiiciat in viã publicam, per fenestram, vel ex alio loco alto, die, vel nocte, vrinam, paleas, fecẽ, immunditias, aquam cuiusuis tincturæ, seu aliam aquam sordidam, vel non sordidam, pœna viginti solidorum turonẽsium, ipso facto incurrenda, fisco, & de-

nuncianti æqualiter applicanda, & vltra id ſoluat, quod intererit parti leſæ.

ARTICVLVS. 7.

Item quod pilearij ſuas perticas, vbi pileos ad deſiccãdum ponũt, ita teneãt, quod non protendantur ſupra viam publicam, vt aqua quæ ab eis diſtilat, non poſſit offendere tranſeuntes, pœna decem ſolidorum turonenſium: & vltrà ſoluat id quod intererit parti leſæ.

ARTICVLVS 8.

Idem ſtatuimus in tonſoribus, & tinctoribus. ARTIC. 9

Item vt ſalubritas aëris, inquantũ fieri poteſt, conſeruetur, ſtatuimus, quod ſepulturæ mortuorum fiant ꝓfundæ, quã tum menſura dimidiæ cannę protenditur, pœna vnius floreni.

ARTICVLVS. 10

Cadauera autem beſtiarum, & ſordes quæ fœtorem faciunt, per eos ad quos pertinent, extra preſentem ciuitatem, in flumen Rhodani, vel Druentię, proii

ciantur, pœna viginti ſolidorum turoñ. partim fiſco, partim denuncianti applicanda: & nihilóminus præmiſſa remouere teneantur.

ARTICVLVS. 11.

Item quod deinceps cornua, vel vngues, quorumcumq́ue animalium, infra ciuitatem nullo modo comburantur, propter illorum malum odorem, pœna vnius floreni pro quolibet cornu, vel vngue.

ARTICVLVS. 12.

Item quod nullus teneat corium fœtidum, in via publica, pœna quinque ſolidorum turonẽſium pro quolibet corio, nec aliquid moueat, quod malum odorem emittat, niſi tempore nocturno, ſub ſimili pœna.

ARTICVLVS 13

Item quod nemini liceat prope domum alterius, facere cordas ex inteſtinis animalium, ex quibus malus odor emittitur: ſed illas facere poſſit extra ciuitatem, vel infra, prope tamen muros,

ita vt nullus malus odor domos penetrare possit, pœna arbitrio iudicis ĩponẽda

ARTICVLVS. 14.

Item quod nullus habeat, vel faciat sterquilinium, vel fimũ in vijs, & locis publicis, infra ciuitatem etiàm non trãseuntibus: & si de facto contrarium fiat, occupanti conceditur, & contrafaciens puniatur in viginti quinque solidos turoneñ pro qualibet vice, cùm inde aër inficiatur.

ARTICVLVS. 15.

Adiicientes quod infra muros antiquos dictæ ciuitatis, seuum aut veruicum non liquefiat, quod si quis contrà fecerit, rem sic liquefactam pœnitus amittat, & fisco applicetur.

ARTICVLVS. 16.

Item quod forum olitorium mundum omni tempore teneatur per ibi vendentes, pœna decem solidorum turonensium, pro quolibet.

ARTICVLVS 17.

Idẽm de piscaria, & macello statuimus.

ARTICVLVS. 18.

Prohibentes oĩbus piſcium ſalſorum venditoribus,ne aquam in qua dicti piſces madefacti fuerint, in publicam viã proijciant,ſed dictam aquam teneantur proijcere in Rhodanum , vel Sorgiam, pœna decem ſolidorum turonenſium.

ARTICVLVS. 19.

Item prohibemus, ne fartores, pelues in quibus decoquunt carnes, lauẽt diurno tempore in viis publicis, minuſque ibi aquã illã proiiciant, pœna prędicta.

ARTICVLVS. 20.

Addendo quod fabri ferrarii,poſtquã phlegbotomauerint aliquam beſtiam, æſtate infra ſex horas, hieme verò,infra duodecim horas, plateam illam, in qua phlegbotomauerint, mundare teneantur,pœna decem groſſorum. Et nihilominus eam mundare cogantur.

ARTICVLVS. 21.

Item quod trabes, & alia ligna ædificiis deſtinata, in viis publicis inuitis vi-

cinis non secentur, nisi hoc fiat prope domum illius, qui ædificare vel reparare voluerit, sine tamen impedimento transeuntium, nec pariter liceat in viis publicis tenere scãnum, fustes, nec alia, quæ impedimento esse possint transeuntibus, pœna decem solidorum turonensium, & huiusmodi pœna, & alię supradictæ, quę non fuerunt alicui applicatę, fisco, & denũciãti, applicentur. Dictusque denuncians secretus teneatur.

¶ De latrinis.

RVBRICA 44.

ARTICVLVS 1.

Statuimus, quod vbi latrinæ de nouo fient, ædificentur muro in terram vsq;, & subtus habeant fossam latitudinis, & profunditatis saltem vnius cannæ, clausam. Si autem iam factæ sint absque huiusmodi forma, reædificentur sub eadẽ forma. Et in singulis domibus, sint latrinæ, aliâs expensis domini domus fieri ordinamus, & quando continget eas pur-

gari,& mũdari,id nõ nisi noctu fiat,pœna arbitrio iudicis ĩponẽda,ꝑcipiẽdo latomis,& gipsariis,vt si quas latrinas sciant nõ eẽ ꝑdictę formæ,teneãt curiæ reuelare,pœna decẽ floren. ¶ De camino.

RVBR. 45. ARTIC. I.

Statuimus,quod in singulis domib⁹ sit caminus ẽt in diuersis partibus domus, vbi diuersis ꝑsonis separatim locarẽt,vel iã locatę essẽt:aliâs expẽsis dñi dom⁹, fieri ordinamus: aut locatio earũdẽ partiũ vbi caminus nõ erit,fieri nõ possit,pœna arbitrio iudicis imponẽda,tàm locatori, quàm conductori. ¶ De proiectis.

RVBR. 46. ART. I.

Ad decorẽ ciuitatis ordinamus,ne post hac ꝓiecta,seu tigna vulgo dicta,enuãs, q̃ extra parietes domus ꝓtẽdunt,fiãt. Et iã facta,reparari,vel de nouo ædificari ꝓhibemus:aliâs eadẽ demoliri mãdamus. Et si iã facta,ruinã minẽtur, etiã demoliri mãdamus, ẽt si super pilis seu colũnis extra parientẽ dom⁹ positis, sustineãtur.

ARTICVLVS 2.

Tabularia aũt nulla fiãt in muro dom', seu apothecę, q̃ vltra mediũ palmũ cãnę versus viã publicã ꝓtẽdãtur. ART. 3.

Neque ẽt scãna in viis publicis, q̃ latitudinis duarum cãnarũ nõ sint, cõstruãtur. In aliis aũt ita fiant, vt nec palmũ cũ dimidio in latitudine excedãt: euntibusque & redeũtibus impedimẽto nõ sint.

¶ De pauimento viarum ciuitatis.

RVBR. 47. ARTIC. 1.

Statuimus, qđ pauimẽta ciuitatis si reparatione egeãt, reparẽt̃ ex minutis lapidib', sicut est cõsuetũ: teneaturq; qlibet pauimẽta facere ante domũ, vel aliud p̃diũ suũ vsq; ad mediũ vię publicæ, expẽsis suis. Et simul atq; dicta pauimenta destrui incipiẽt, reparare teneat̃. ART. 2.

Huius aũt statuti executores sint magistri viarũ, & earũ assessor, qbus p̃cipit̃ & mãdat̃, qđ visitent totã ciuitatẽ, & in locis necessariis p̃missa fieri curent, mãdãdo & p̃cipiendo per apparitorẽ, seu ser-

uientem domino domus, aut alterius prædij, si sit in ciuitate, aliâs inquilino, vel alteri ipsam domum vel prędium tenenti, quod intra tres dies à pręcepto computandos, incipiat dictum pauimentum facere, vel reparare. Quod si facere neglexerit, pœnam sexaginta solidorum turonensium incurrat. Quorũ medietas fisco, & altera ipsis executoribus, applicetur. Taleque præceptum in scripturam redigi curent, per notariũ per eos eligendum. Quod si is cui præceptum extiterit, opus sibi iniunctum non faciat, vel inchoatum nõ perficiat, intra tẽpus per eosdem executores præfixum, hoc eius expensis fiat, mandato eorumdem executorum. Quod autem per inquilinum solutum fuerit, à domino repeti possit. Si vero cõtingat pręদium ab aliquo non teneri, tunc ciuitas, ne reparatio diutius differatur, sumptus suppeditet, quos postea à domino, etiã via executiua repetat. Vbi verò ab alte

ra parte viæ, non sunt domus, vel alia prædia priuatorum, tunc ciuitas teneatur in illa parte facere, vel reficere, pauimentum, expensis suis.

¶ De reparatione viarum & pontium, & de modo cogendi eos, qui ad eorum reparationem tenentur.

RVBRICA. 48.

ARTICVLVS. 1.

Statuimus, quod pontes vbi fuerint necessarii, fiant, & reparandi, reparentur expensis ciuitatis, cumque territorium auenionēse distinguat per clausa, siue territoria particularia, quæ habent hinc inde vias publicas, multaque prædia sint intra dicta clausa, non cohærentia immediatè viis publicis, quæ tamen exitum habent seu habere debent ad viam publicam, & illorum possessores vtuntur dictis viis, pluráque interdum cōuenit impēdia facere, in refectionē dictarum viarum, quæ non esset equum

possessores prædiorum immediatè dictis viis publicis cohærentium, in solidum ferre, cùm refectio illarum, cōmunem vsum & vtilitatē respiciat, ideò statuimus, quoties via publica existens inter duo clausa, egebit reparatione, possessores prædiorum in eisdem clausis sitorum, necnon ciuitas, teneantur soluere dictam reparationem, videlicet quodlibet dictorum clausorum, vnam tertiā partem, & reliquam tertiam partem ciuitas: ita quod omnes habentes prædia in vno clauso, teneantur ad dictam reparationem, quatenus illud clausum, coheret viæ reparandæ: Et ad solutionem pro modo iugerū, seu numeri heminatarum: si vero via reparanda vni tātum clauso cohæreat, ciuitas teneatur ad duas tertias partes.

ARTICVLVS 2.

Declarantes clausum esse quod circū circa, vijs publicis, vel etiam vicinalibus, circumdatur.

ARTICVLVS. 3.

Item quod fiat proclama per præconem vocæ tubæ, per compita & loca supra in 14. rubrica descripta, quod possessores prędiorum sitorum in clausis coherentibus viæ reparandæ, compareant in domo ciuitatis, certa die & hora, visuri & audituri, liberari ad extinctum candelæ, meliorem conditionem offerenti, opus reparationis faciendæ in tali via quæ est infra talia, clausa, cum cōminatione, quod ipsis tunc non comparētibus, ꝓcedetur ad dictā liberationē.

ARTICVLVS. 4.

Sed ne propter difficultatem contributionis, vel exactionis, reparatio plus æquo differatur, statuimus, quod si facta liberatione, opus sit numerata pecunia, quod dicti consules soluant de pecuniis dictæ ciuitatis, dictam eorū quotam partem: reliquum verò prçcij dicti operis, perfecto opere, visitato & approbato per expertos, soluatur incontinen-

ti per dictos possessores, pro numero heminatarum, via executiua, ac vt facilius, & sine fraude intelligatur, quantũ quisque pro heminata contribuere debeat, statuimus, quod quilibet possessor in dicta cõparitione, vel aliâs toties quoties requiretur, declarare teneatur fideliter, & medio iuramẽto numerum heminatarum, quas tenet in clauso, pro quo contributio facienda erit, aliâs eo non declarante, vel minus legitimè, metiri, seu dextrari possit prædium expensis suis.

ARTICVLVS. 5.

Item quia deterioratio viarum, vt plurimum contingit, culpa eorum, qui permittunt aquas suarum fossarum, seu vt vulgo dicitur, valatorũ, per dictas vias defluere, ita quod via sicca fit aquosa & lutosa, in graue preiudicium non solum vicinorum, sed etiam aliorum ab eis valde remotorũ, ideò statuimus, quod oẽs & singuli habentes prædia vijs publi-

cis cōtigua, teneantur ſuis proprijs ſum ptibus, foſſam inter prædium, & viam publicam exiſtētem, taliter purgare, ꝙ aqua inde per vias publicas defluere nō poſſit, & purgamenta nullo modo in dictis vijs publicis ponere poſſint. Quod ſi contra aliqua præmiſſorum fecerint, pœna centum ſolidorum turonenſiū puniant̃, & nihilóminus illorum expenſis pręmiſſa reparentur. ARTIC. 6.

Item quod irrigantes prata, aquam in viam publicam non immittant, nec ex eorum prato aquā in viam publicā per mittant vllo modo defluere, pœna centum ſolidorum turonenſium, applicanda pro mediētate denuncianti, & altera fiſco, & nihilóminus ſi dicta via publica deterioretur, illam reparare teneantur ſuis ſumptibus, arbitrio expertorum, & ad id via executiua cogantur.

ARTICVLVS. 7.

Item quod ſi quis aquæductum alte rius ſeu ſpaſſerium, vt vulgus vocat, ſi

ne licentia domini aperuerit, ita quod aqua ex eo, vel in viam publicam, vel in fundum alterius defluxerit, in decem libris turonensibus puniatur, pro medietate denuncianti, & pro altera medietate fisco applicandis, & ad damnum parti lesæ teneatur : & si pœnam pecuniariam soluere non possit, ponatur in colari per quatuor horas.

ARTICVLVS 8.

Item quod si quis culpa sua cum vehiculo vel quadriga, damnum aliquod pōtibus intulerit, suis sumptibus arbitrio expertorum, in pristinum statum restituere teneatur, & ad id via executiua compellatur.

De fenestris non habendis super prædijs alienis.

RVBRICA 49.

ARTICVLVS. 1.

Insequentes consuetudinem antiquā, statuimus quod nullus possit habere fenestram super tectum, aream seu curtē,

aut viridarium alterius, nisi sit altitudinis decem palmorum, à proxima contignatione siue solario inferiore: habeatque specularia non amouibilia, & semper integra, ac cancellos ferreos in medio muri fenestrę affixos, quod volumus habere locum etiam ad pręterita, non obstante aliqua possessione in cõtrarium, licet antiquissima.

¶De conductis hospitiis.

RVBRICA 50.

ARTICVLVS. 1.

Statuimus, quod domorum conductoribus liceat retinere domum ab eodem seu suo antecessore conductam, pro præcio & pactis, quibus eãdem domum alteri, omni fraude cessante, locari contigerit, nisi secundus conductor esset locatori consanguinitate, vel affinitate coniunctus, vsque ad secundum gradũ secundum computationem iuris canonici, aut haberet domum suæ habitationis illi domui contiguam, vel nisi prior

conductor inimicitias cum locatore contraxisset, aut locator conductori per duos menses ante finem locationis intimauerit, an velit domum retinere pro præcio & pactis, quibus est alteri locaturus: cui intimationi si conductor respondendo declarauerit se velle retinere, adimpleat conductor responsionem intra octo dies à die declarationis. Quod si intra quindecim dies post dictam intimationem non respõderit, liceat locatori alteri liberè locare, fraude vt supra cessante, super qua teneantur tàm locator, quàm secundus conductor, primo conductore requirente, iuramentum præstare.

ARTICVLVS 2.

Quæ autem diximus de locatione, locum habere volumus, in vẽditione, aut in solutum, datione fructuũ, vel vsufructuum, vsus, uel habitationis.

ARTICVLVS 3.

Adijcientes, quod prędicti conducto-

res, vel emptores, aut in solutum accipientes, non possint alteri locare, seu alteri ius suum cædere, etiam in parte, sine consensu illius, a quo ius & causam habent.

De deferentibus ligna prope muros ciuitatis.

RVBRICA. 51.
ARTICVLVS. 1.

Statuimus, quod quicúmque voluerit ligna ponere in locis consuetis, prope muros ciuitatis, hoc facere possit, dummodo ligna distẽt à dictis muris, saltem vna canna, & quod platea quæ est inter ligna & ripam Rhodàni, ita lata sit, vt duæ quadrigæ vna eundo, & altera rede undo, ire, & redire sine periculo valeãt, aliâs teneat ligna ab illo loco amoueri.

*** De visitatione territorii.

RVBRICA. 52.
ARTICVLVS. 1.

Statuimus, quod consules & assessor vnà cum secretario ciuitatis, teneantur

visitare,& si opus sit,limitare isclas, insulas,pascua,patua,& incrementa, quæ sunt infra territorium ciuitatis, & visitando prædicta,teneantur etiam visitare itinera totius territorii, cum duobus expertis iuratis,qui quidem consules & assessor,si ita eis videbitur,duos alios expertos adhibeant, & dum erunt in viis, triuiis,& quadriuiis,ibi sistant, & cum dictis expertis se informent de particularibus territoriis seu clausis,quo nomine nuncupentur, illudque particulare territorium seu clausum, teneantur confrontare,& designare, & in scripturam publicam,per dictum secretarium redigi curare.Et inde successores in dicto officio,de quinquennio in quinquennium teneantur dicta nomina, & confrontationes verificare. Si verò aliud nomen de nouo impositum fuerit, vel mutatũ reperiatur,illud pariter in scriptura publica redigi faciant, per eũdem secretarium,&ita de confrontationibus muta-

tis obseruetur: fiat autem liber per dictũ secretariũ, in quo prædicta scribantur, cui plena fides adhibeatur, exemplumque petenti concedatur, satisfacto de labore, & pro prędicta visitatione, habeant cõsules & assessor expensas oris, aliis verò satisfiat arbitrio consulum.

ARTICVLVS 2.

Item visitando prædicta, videant, an viæ vsurpentur, & an sint in sua latitudine, & an reparatione egeant, & si egere, vel non habere suam latitudinem, reperiant, teneantur statim prouidere. Et quod per eos nulla iuris solemnitate obseruata, ordinatum fuerit, executioni mandetur, appellatione non obstante.

ARTICVLVS. 3.

Item quod singulis annis dicti consules & assessor, visitẽt Rhodanum, & Durentiam, & videant an dicta flumina noceant, vel nocitura sint, territorio ciuitatis: & si opus sit aliquid impendere in eorum reparationibus, referant conci-

lio dictæ ciuitatis:quod si ciuitas nõ habeat, vnde fiant reparationes, collectas imponat, aut per mutuas habitatorum operas,quæ vulgo coruées appellantur, vel aliter prout concilio melius videbitur,prospiciatur.

ARTICVLVS. 4.

Adiicientes, quod si quis authoritate propria,de prędictis isclis,insulis,patuis incrementis,& viis publicis, occupauerit,totũ illud restituere teneatur, & cõpellatur:ac impensas,quas ibi fecerit,amittat,& in pristinum statum reducat: nec non in quinquaginta florenis puniatur,cuius pœnæ medietatem denunciator consequatur,reliquam fiscus.

De latitudine viarum.

RVBRICA. 53.

ARTICVLVS. I.

Statuimus, quod omnes magnæ viæ, publicę,extra ciuitatem, quibus itur de ciuitate in ciuitatem, sint saltem latitudinis trium cannarum cum dimidia, nõ

compræhenſis foſſatis ſeu vallatis.

ARTICVLVS. 2.

Viæ autem trãſuerſales, quæ ſeruiunt vniuerſitati agrorum, ſint duarum cannarum cum dimidia: viæ vicinales, ſint decem palmorum cannæ latitudinis: Et ſi alicubi prædictę viæ reperiantur maioris latitudinis, remaneant in eadem latitudine.

De via præſtanda.

RVBRICA 54.

ARTICVLVS 1

Statuimus, quod predio non habenti exitum ad viam publicam, niſi per predium vicini, aut vicinorũ, detur via ſine præcio per prædium vicini, aut vicinorum, vſque ad viam publicam, cum minori tamẽ damno, quo fieri poterit, ſi tñ duo prædia inueniantur æquè propinqua, eidem viæ publicę, & dicto prædio egenti exitu ad viã publicam, tũc dictũ prediũ habeat exitũ per prædiũ magis propinquum ciuitati, dummodo non ſit

vinea,quo casu habeat exitum per alia prędia,magis propinqua,vt supra cohærentia alteri vię,etiam magis remotę à ciuitate. Si vero tale prędium non habens exitum, cohæreat flumini Sorgię, vel alteri aquę perenni, tali casu non teneatur vicinus, per prædium suum pręstare viam,sed non habens exitum, possit supra dictum flumen facere pontem, & per illud transire:si autem de vineis agatur, quę paruis semitis (vulgo dictis rares)circumdantur,tunc qui non habet exitum ad viam publicam per suam vineam, sequatur raram propinquiorem vię publicę,quæ propinquior erit dictæ vineæ, cum minori tamen damno vicinorum,& nō transeat per dictam raram cum animali, minusque cum vehiculo seu quadriga: nec liceat in aliena vinea ponere vindemiam: verùm si vinea aut aliud prædium etiam Sorgiæ, vel alteri aquæ perenni,aut vię publicę vicinarum, cohęreat viæ vicinorū, liceat per illam

viam, ire & agere absque vicinorum damno.

ARTICVLVS. 2.

Idem obseruetur in terris,& prato, vineis circumdatis, hoc est, vt non liceat deferre fœnum, bladum, & paleas, nisi per raras dictarum vinearum.

ARTICVLVS. 3.

Si autem dubium oriatur in præmissis, stetur dicto expertorum iuratorum, vel aliorum ad hoc assumendorum, qui si concordare non possint, recurratur ad iudicem, qui intra tres dies terminare habeat, nullo iuris ordine seruato, à quo appellare non liceat.

¶ De venatione prohibita.

RVBRICA 55.

ARTICVLVS 1.

Statuimus, quod nulla persona, cuiuscunque conditionis existat, audeat per se, aut per alium aucupari, aut venari perdices, coturnices, lepores, aut cuniculos, à festo carnispriuii vsque ad finem

mensis Maij, pœna quinque solidorum turonensium, & amissionis venationis, cuius pœnæ medietatem habeat denunciator.

ARTICVLVS 2.

Item quod nullus audeat columbos domesticos, & qui in columbaria reducuntur, quomodocumque aucupari, aut venari, pœna arbitrio iudicis imponenda, cuius pœnę medietatem, si pecuniaria sit, habeat denunciator: qui contra columbarium proiecerit ictum catapultæ, duos ictus funis sustineat, & si iterum proiecerit, fustigio plectatur.

¶ Vt nullus in aliena piscina piscari audeat.

RVBRICA 56.

ARTICVLVS 1.

Statuimus, vt nullus in aliena piscina, sine domini consensu piscari audeat, pœna quindecim solidorum turoñ, denuncianti, & domino piscinæ, ac fisco æqualiter soluendorum, pisces autem

captos, & alia damna domino piſcinæ ſoluere teneatur, pœnaque prædicta de nocte duplicetur, & cuſtodes territorij hoc denunciare curiæ, & domino piſcinæ teneantur.

De pace ſeruanda.

RVBRICA 57.

ARTICVLVS 1.

Statuimus, quod viguerius, vel conſules, aut concilium ordinarium ciuitatis, non audeant mouere bellum contra aliquam perſonam, vel aliquã vniuerſitatem, niſi ex deliberatione concilii generalis, cõſenſu domini, congregati, pœna in iure expreſſa, vel per iudicem imponenda.

*** De pœna non audientium verbum dei.

RVBRICA. 58.

ARTICVLVS. 1.

Quia nõ ex ſolo pane viuit homo, ſed ex omni verbo dei, quod, vt ait apoſtolus, eſt penetrabilius, quouis gladio an-

cipiti,ideò ſtatuimus , vt deinceps omnes habitatores huius ciuitatis,teneantur intereſſe concioni, quæ in parrochia ſuæ habitationis diebus feſtiuis,habebitur,pœna quinque ſolidorum turoneñ. hoſpitali domini Bernardi Raſcaſij ſoluenda,niſi intereſſet alteri cõcioni, quę in alia eccleſia ciuitatis fieret.

, De teſtamentis.

RVBRICA 59.

ARTICVLVS. 1.

Quia ſæpè contingit multos decedere inteſtatos, quod non facilè reperiri poſsint ſeptẽ teſtes, quibus ſua elogia, fideliter,& ſecretò cõmittãt, cui rei prouidere volentes, cùm nihil ſit quod magis hominibus debeatur,quàm vt ſupremæ voluntatis, libera ſit diſpoſitio , inſequentes diſpoſitionem iuris gẽtium, æquitatemq; canonicam, ſtàtuimus, liberum cuique eſſe teſtari,quatuor teſtibus ſolum adhibitis, quod quidem teſtamentum perinde valeat, ac ſi ſep-

tem̃ teſtes interueniſſent: quod procedat in quacúmque ſpecie vltimarum voluntatum, ac donatione cauſa mortis.

ARTICVLVS 2.

Ad tollendam varietatem opinionum doctorum, ſtatuimus, quod filius, aut extranæus, grauatus de reſtituendo hereditatem, per non confectionem inuentarij, Trebelianica priuetur.

ARTICVLVS. 3.

Item pariter ad euitandum varias opiniones doctorum, ſtatuimus, quod mortuo patruo, aut auunculo ab inteſtato, ſine liberis, ac fratribus & ſororibus, eius nepotes, & neptes, ex pluribus eius fratribus, vel ſororibus, ſuccedant in capita, & non in ſtirpes: ita vt ſi ſint duo ex vno fratre, & vnus ex altero, fiant tres partes hereditatis illius patrui, aut auunculi, & idem in ſucceſſione amitæ, vel materteræ.

De ſubſtitutionibus.

RVBRICA. 60.

ARTICVLVS. I.

Vt varijs disceptationibus & controuersijs doctorum,occurratur,disputantium,an substitutio compendiosa, à patre pagano, sine specificatione tẽporis, per verbum commune facta, matre existente in medio, sit omni tempore fideicommissaria ,an verò in fra tempora pupillaris ætatis sit pupillaris:post verò pupillarem ætatem,fideicõmissaria, statuimus, quod si filius in pupillari ætate decedat matre existente in medio,sit fideicommissaria, & non pupilaris, nisi mater ante mortem filij, ad secũda vota conuolasset,vel nisi mater,cum alijs fuisset à patre substituta, aut nisi mater testatoris,vel fratres pupilli, aut fratres testatoris, essent per patrem substituti, vel si matri pupilli testator aliquod legatum fecisset, aut grauasset substitutũ de aliquid eidem matri dando: si verò mater,non sit in medio,tempore pupil-

laris ætatis, sit pupillaris: post verò pupillarem ætatem, sit fideicommissaria.

ARTICVLVS 2.

Ad euitandum occasionem infinitorum processuũ, qui diëtim suscitantur, ad causam substitutionum, statuimus; quod posthac fieri non possint aliquæ substitutiones, tàm in vltimis voluntatibus, quàm contractibus, vltra tres gradus substitutionis, post vniuersalem institutionem & dispositionem. Et quod vltra erit, sit nullius effectus.

ARTICVLVS 3.

Declarantes vnum gradum esse, quotiens substitutio locum habebit, siue in vna persona, siue in pluribus simul vocatis.

ARTICVLVS. 4.

Item si contingat grauatum sub conditione, peręgrè proficisci, & ob lõgam illius absentiam, allegetur eius mors à fideicommissario, & consequenter esse locum restitutioni, ideò litiũ anfractus

amputantes, & vtriq; parti consulẽtes, statuimus, quòd si post decennium à die recessus, idem grauatus non significaue rit suis propinquioribus, in loco à quo recessit, quid de bonis subiectis restitutioni fieri vellet, liceat fideicommissario accipere possessionem dictorum bonorum, mediante cautione idonea, de restituendo, cum fructibus perceptis, & percipiẽdis, quãdo ipse grauatus ad hãc ciuitatẽ rediret, vel de dictis bonis, disponeret, quatenus illi liceret: quæ cautio nõ possit præstari, nisi coram iudice.

De legatis pijs.

RVB. 61. ART. 1.

Statuimus, quòd deinceps, ad instantiam procuratoris animarũ, seu causarũ piarum, non possit aliquis, cogi ad exhibendum testamentum, vel codicillos, gratia videndi legata pia: sed notarius teneatur clausulam legatorum piorum duntaxat ostendere, pro qua visione nihil exigatur, cùm de re pia agatur, &

vbi hæredes fidem fecerint, legata pia soluisse, non cogãtur liberationem seu quittanciam prædictorum legatorum, à procuratore animarũ, seu alio quocumque reportare: possit autem probari solutio per parrochum, seu curatũ, ac priorem seu subpriorem cænobiorum, seu conuentuum religiosorum, si in funeralibus affuerint, ac per distributores eorum, quæ dantur presbiteris funus comitantibus ac pauperibus, & per alios, quibus legata pia nominatim relicta fuerint: si autem heredes in mora soluendi fuissent, tunc notario soluantur tres solidi turonenses, pro dicta exhibitione: & procuratori animarum satisfiat arbitrio iudicis.

De successione ab intestato, & legitima iure naturæ debita.

RVBRICA. 62.

ARTICVLVS. 1.

Statuimus, quod legitima seu illius supplementum solui possit in bonis, vel

pecunia ad electionem heredis, qui infra octo dies, à die petitionis iudicialis vel extraiudicialis, eligere teneatur. Ad cuius supplementi probationem, teneatur heres exhibere inuentarium bonorum si quod sit, aliâs permittere id fieri: æstimationemque dictorum bonorum committi expertis iuratis, aut alijs nominandis per partes, & si altera pars recuset aut differat nominare, iudex ex officio nominet, & illis committat, non obstante appellatione, & inhibitione quacumque: qua ęstimatione facta, peti possit supplementum legitimæ, si id deberi ex dicta ęstimatione appareat.

*** De inuentario.

RVBRICA 63.

ARTICVLVS 1.

Hęres volens vti beneficio legis, & inuentarij teneatur vocari facere, omnes legatarios hîc existentes. Alios autem legatarios extra ciuitatem degentes, ac creditores & ceteros, ius habere preten

dentes, & in ciuitate vel extra existentes, voce tubę in presenti ciuitate, ad videndum inchoari inuentarium, & illius continuationem, notario causæ committi, & adueniente termino citationis, presentibus citatis, seu in illorum contumaciam inchoetur inuentarium per heredem, seu eius procuratorem in aliqua re hereditaria, p̄misso venerabili signo sanctę crucis, & deinde illius continuatio notario causę committatur, nisi heres vellet dictum inuentarium per iudicem continuari, cuius inuentarij continuatio fiat pręsentibus duobus testibus & aliis supra citatis, si adesse voluerint, absque tamen eorum alia citatione, nisi quoad eos qui in dicto termino comparuerint, quibus intimetur per notariũ prædicta continuatio. Cui quidem notario hanc intimationem in acta redigenti fides detur, & in continuatione perseueretur semper singulis diebus, & eodem loco ac hora, nisi contingeret,

prorogationem dictæ continuationis, aut mutationem loci fieri, quæ ſupradictis per eũdem notariũ intimetur. Cui quidem notario in hoc, vt ſupra, detur fides, quo, inuentario perfecto, fiat alia citatio modo, quo ſupra, ad videndum illud claudi, & per iudicem pro clauſo haberi.

ARTICVLVS 2.

Nec poſſit hæres, ducere notarium ex penſis hereditariis, ad loca, vbi bona im mobilia ſita ſunt, ad effectum illa inuen tariſandi: ſed ſufficiat, quod notarius ea deſcribat, iuxta deſignationem ſibi per hæredem, aut alium loco hæredis, faciẽdã, qui hęres, aut alter illius loco teneatur fideliter omnia & ſingula, cum ſuis debitis confinibus deſignare, & perinde valeat ac ſi ad loca vbi bona ſita ſunt, acceſſum fuiſſet. Si autem ageretur de bonis mobilibus, & per ſe mouentibus, extra ciuitatem, & illius territoriũ exiſtentibus, mittatur notarius cauſæ, vel

committatur notario loci, vbi erunt mobilia, & per se mouentia ad electionem hæredis inuentarium facientis.

ARTICVLVS. 3.

Teneanturque hæres & notarius, in confectione inuẽtarii, benè & decenter, designare qualitatem, & quantitatem mobilium, & per se mouentium, vt possit eorum valor verisimiliter cognosci, & si essent mobilia preciosa, veluti aurum, argentum, vel gemmæ, adhibeantur experti in arte, ad ea æstimandum & ponderãdum, & illorum valor in inuentario describatur, quod procedat etiam in inuentario tutoris, & aliorum quorumcumque, qui ad confectionem inuentarii tenentur.

ARTICVLVS 4.

In clausula dicti inuentarii iuret hæres, tutor, curator, aut alius legitimus administrator, quod sine fraude omnia bona hæreditaria, de quibus habuit scientiam, fideliter describi fecit, & si quid

ad eius notitiam perueniet, illud describi faciet.

ARTICVLVS. 5.

Nullæ aliæ solemnitates in confectione inuentarii huiusmodi, requirantur: sed perinde valeat, ac si omnes iuris solemnitates, fuissent obseruatę.

De tutore & eius salario.

RVBRICA. 64.

ARTICVLVS. 1.

Quoniam nõ raro contingit, tutores, & tutrices, dum reddunt rationes administrationis suæ, petere salarium pro laboribus, circa regimen bonorum pupillorum sumptis, ideò circa hoc prouidentes, statuimus, vt nihil pro præmissis tutori detur, nisi in decreto tutelæ id iudici constituẽdum, visum fuerit: mater verò & auia tutrices, nihil pro salario petant, sed eis sufficiant alimenta, si cum liberis maneant, nisi aliundè habeant, vñ de viuere honestè possint.

ARTICVLVS 2.

Teneãturque tutores & tutrices, alie

nare ad incantum publicum, vel ad æſti mam proborum, bona mobililia, vel per ſe mouentia pupillorum, eis non neceſſaria: ac conuertere pecuniã in emptionem prædiorum, vel penſionum annualium & perpetualium, ſuper aliqua bona communitate: quod ſi non fecerint, ſed pecuniam ocioſam habuerint, teneãtur ad ſeptem pro centenario ſingulis annis: præmiſſa autem procedant, ſi iudici, & duobus conſanguineis pupilli, dictam alienationem fore vtilem, viſum fuerit.

ARTICVLVS. 3.

Idem obſeruari mandamus in pecunia reperta, in bonis pupilli, vel redacta ex redditibus bonorum pupilli, aut illius debitoribus.

ARTICVLVS. 4.

Item finita adminiſtratione tutelæ, vel curæ reddatur ratio auditoribus cõputorum, per iudicem, cum cõſilio duorum propinquorum deputandis: quorũ relatio medio iuramento facta, & per

iudicem vocata parte confirmata, man detur executioni,nonobſtante appellatione & inhibitione, citra tamen illarũ præiudicium:quod locum habere volumus in quocumq́ue alio adminiſtratore bonorum priuatarum perſonarum.

¶Quod adulti extra domum educati,non petãt partem fructuũ conſumptorum, in educandis minoribus domi manentibus.

RVBRICA. 65.

ARTICVLVS. 1.

Quia ſepè tutor plurium pupillorum ob exiguum patrimonium eorumdem, cogitur maiores natu,alicui honeſtæ negotiationi, & exercitio præficere, qui poſteà petere ſolent ſuam portionem cum fructibus,per tutorem perceptis,in magnum ipſorum liberorum, qui domi manſerunt, præiudicium, ideò ſtatuimus,quod ſi de dictis fructibus bonorũ, inter ipſos liberos communium, nihil

superſit, præſtitis alimẽtis dictis liberis, qui domi manſerunt, & deductis oneribus ordinarijs, ac expenſis neceſſariis, reparationibus bonorum factis, nihil de dictis fructibus petere poſſint. Si verò aliquid ſuperſit, inter omnes liberos diuidatur.

De contractibus præciſè obſeruandis.

RVBRICA. 66.

ARTICVLVS. 1.

Statuimus, quod in contractu emptionis, vel locationis, aut alterius cuiuſcũque contractus, poſtquàm pro eis contrahendis, partes inter ſe dederint, vel alius pro eis, arram, ſiue, vt vulgo dicit, denarium dei, firmus & irreuocabilis habeatur contractus, & contrahentes teneantur præciſè illum adimplere, ſoluere præcium, rem tradere, & alia facere, de quibus inter eos conuenerit.

*** De contractibus filiorumfamilias & minorum viginti quinq; annis, ac mulierum nuptarum.

RVBRICA 67.

ARTICVLVS I.

Ad obuiandum fraudibus, quę in contractibus, & distractibus minorum viginti quinque annis, ac mulierum nuptarum cuiuscũq; ętatis, adhiberi solẽt, statuimus, quod nulli contractus, siue distractus, celebrari possint per supradictas personas, nisi duobus consanguineis perfectæ ętatis, & propinquioribus adhibitis, quorum non intersit. Quòd si non existant in presenti ciuitate, tunc coram iudice dictarum personarum, & illius decreto interueniente: aliâs nullius sint roboris & momenti. Ac iuramenta etiam duplicia, in dictis contractibus, siue distractibus, apposita, intelligantur dolo, & metu, extorta, & nihil operentur, nisi talis contractus, vel di-

ſtractus, redundarent in vtilitatem dictarum perſonarum : quo caſu valeant etiam abſque dicta ſolemnitate.

ARTICVLVS. 2.

Filij quoque, & filiæfamilias, cuiuſcumque ætatis, nullos ſimiliter contractus, vel diſtractus, celebrare poſſint, abſque patris conſenſu, qui ſufficiat, niſi ſua interſit, vel aliorum liberorum ſuorum. Quo caſu vltra conſenſum patris, vocentur duo cõſanguinei propinquiores ex linea materna, perfectæ ætatis, aut illis non exiſtentibus, coram iudice dictorum filiorum, & filiarum, illiuſque decreto interueniente : & iuramenta, etiam duplicia, in dictis contractibus, vel diſtractibus, appoſita, intelligantur dolo, & metu extorta, & nihil operentur : exceptis tamen illis, qui alicui negociationi, vel mercaturæ, aut adminiſtrationi, vel artificio præpoſiti eſſent, vel aliter patre ſciente, & non contradicente, negotiarentur: quo caſu poſſint

liberè contrahere.

ARTICVLVS. 3.

Volumus etiam quod dicti filij, & filiæ, non possint aliquos contractus, vel distractus celebrare, vnà cum eorum patre: & si fiant, etiam cum quibuscũq; renunciationibus, & iuramẽtis, sint ipso facta nulli, nisi tales contractus, vel distractus, cederent in euidentem vtilitatem ipsorum filiorum, & filiarum.

ARTICVLVS. 4.

Quæ omnia, & singula pręmissa, locũ habere volumus, in donatione causa mortis.

*** De donationibus, & illorum insinuatione.

RVBRICA 68.

ARTICVLVS. 1.

Quia dubitatur, an donatio facta absenti, notario pro eo stipulãte, effectum habeat, si non acceptetur viuente donatore, ideò omnem dubitationis materiam tollentes, statuimus, quòd donatio

prædicta ſit firma, valida, & effectum habeat, adeò quod per donatorem reuocari non poſſit, ſitq; ad hæredes tranſitoria, etiam quòd non fuerit per donatarium accèptata. Et quod dictum eſt de validitate donationis factæ abſenti, & per notarium ſtipulatæ, procedat in omnibus aliis contractibus, & diſtractibus.

ARTICVLVS 2.

Item quod notarius omnes donationes inter viuos, ſimplices, vel mutuas, aut oneroſas, etiam contemplatione matrimonij, ſeu propter aliam quãcúmq; cauſam factas, item cauſa mortis, quas ſumpſerit, teneat, & debeat atteſtari ſe ſumpſiſſe, nominando perſonam donatoris, cum anno, & die factæ donationis & dictam atteſtationem ſubſignare, in libro ſuper hoc conficiendo, & cuſtodiendo per deputandum à ſuperiore hîc degente, cum anno & die factæ atteſtationis: Et hoc inſtante donatario: aliâs

donatio ſit nullius effectus in tertii pre iudicium, quoúſque prædicta atteſtatio facta extiterit: quod procedat donatario preſente & acceptante: eo verò abſente, & notario pro eo ſtipulante, fiat dicta atteſtatio inſtante dicto donatore

ARTICVLVS 3.

Item quod ille apud quem erit liber predictus, teneatur facere repertorium nominum & cognominum, omnium donatorum & àd inſtatiã cuiúſq; per quirere in dicto repertorio an ille de quo requiritur, ſit in numero dictorũ donatorũ, qui ſi reperiatur, exhibeatur locus in quo eſt habita mentio dictæ donationis, ſatisfacto, prout libro quarto ex penſarum.

¶ De donatione mariti erga vxorem.

RVBRICA. 69.

ARTICVLVS. 1.

Quia ſæpè contingit, fieri in cõtractu matrimonij, etiam per verba de futuro celebrati, donationẽ per maritũ vxori,

ſi maritus ante vxorem moriatur, & hæſitatur, an non ſoluta dote conſtituta, debeatur in ſolidũ dicta donatio, an verò tantum pro rata dotis ſolutæ, huic dubitationi prouidere volentes, ſtatuimus quod ſi dos fuerit ab alio quã ab vxore conſtituta, prædicta donatio debeatur, etiam dote non ſoluta: cùm marito imputari poſſit, quòd dotem à conſtituente non exegerit. Quæ donatio locum habeat, ſtatim poſt donationem corporum.

De præferendo venditore in præcio rei venditæ.

RVBRICA. 70.

ARTICVLVS. 1.

Statuimus, quod ſi emptor cuiuſcumque rei, præcium non ſoluerit, & effectus fuerit non ſoluendo, & res ipſa reperiatur penes emptorem, vel eius heredem, tunc venditor habeat regreſſum ad rem venditam pro ſolutione conſequenda, & præferatur quibuſcũque cre

ditoribus habentibus anteriorem hypo thecam etiàm expressam, tàm ex dote, quàm ex alia quacumque causa etiàm fauorabili:& hoc intra biennium in re immobili, à die solutionis faciendæ,cõputandum:in re verò mobili, intra annũ à die solutionis faciẽdæ,numerandũ

¶Ne quis mutuo dare cõpellatur.

RVBRICA 71.
ARTICVLVS I

Statuimus,quod nullus habitator Auenionis, proquacumque causa,tàm tempore pacis quàm belli, cogatur pecuniã communitati Auenionis, mutuo dare, nisi authoritate domini in hac ciuitate præsidentis,& consensu generalis concilij ciuitatis accedente.

¶De iure emphiteutico.

RVB. 72 ART I.

Statuimus, q̃ quoties cõtinget aliena ri certo p̃cio vnũ,vel plura directa dñia, siuecensũ aut census cũ directo dñio, cõ iuncti vel diuisim ẽphiteotæ preferãtur

acquisitoribus, pro simili præcio, intra mēsem à die intimationis dictæ alienationis, ipsi emphiteotæ, per acquirentē, seu eius procuratorem factæ realiter, soluendo: nisi talis alienatio fieret habenti partem aliquam in directo dominio vel cēsu, qui vt supra alienātur. Aut per viā donationis inter ascendentes & descendentes, vel inter collaterales vsq; ad secundum gradum inclusiuè, secundum cōputationem iuris canonici, aut per viam legati fieret dicta alienatio.

ARTICVLVS 2.

Quod locum habeat, etiam si cum vniuersitate bonorū, predicti census, & directa dominia, coniunctim, vel diuisim, alienentur vnico pręcio, vel pluribus. Quo casu emphiteota possit retinere, præcio æstimando, per æstimatores à partibus, vel iudice eligendos. Si vero supradicta, ex causa permutationis acquirātur, retentio prædicta locū non habeat, fraude tamen cessante, quam inter

alios modos colligi, & presumi volumus, si postea bona permutata, cũ dictis directis dominijs, vel cẽsibus ad permutantem reuertantur infra decennium.

ARTICVLVS 3.

Itẽ quod si prædiũ allodiale, seu liberũ, vendatur cũ pacto de retrouendẽdo, nõ liceat in dicto cõtractu, vel post, adiicere pactũ de retinẽdo, vnũ denariũ, vel plus, iure directi dominii, sup dicto prędio, in casum in quẽ per venditorem vel eius hæredẽ redimatur, & si tale pactũ apponatur, pro non apposito habeatur, iuramento, & renunciatione nõ obstantibus. Et similiter nõ liceat in alienatione rei emphiteoticæ, apponere pactum, quod si dominus directus nolit iuestire, alienatio habeatur pro non facta: & si tale apponatur pactũ, eo non obstante, dominus directus iure suo vti possit, ac si non fuisset tale pactum appositum.

ARTICVLVS. 4.

Itẽ quod emphiteota, vel feudatario,

giorum, census, quàm expensarum sufficiat, vocato semper dicto inquilino, pro domino vtili. Si autem nullus habitet, aperiantur fores authoritate curiæ, & fiat inuentarium mobilium, quæ ibi reperientur, in presentia duorum vicinorum: quę vendantur ad incantum publicum, de cuius præcio satisfiat domino directo, tàm de expẽsis litis, quàm prædictis arreyragijs. Et si nulla sunt mobilia, aut non sufficiant, vendantur vsusfructus vt supra, de quorum præcio satisfiat, vt supra. Et reliquum, si quod sit, detur domino prædij, qui ad predictam venditionem vocetur, si sit in pręsenti ciuitate, vel illius territorio. Si verò resideat extra, prouideatur de curatore, contra quem procedatur, sicut contra dominum, si præsens esset: & idẽ obseruetur in predijs rusticis, foribus exceptis. Quo verò ad heredem recognoscentis procedatur prout contra recognoscentem, facta, priùs fide de no-

uo accapito vel recognitione, non intelligimus tamen per hoc ſtatutum domino directo ius agendi ad commiſſum, aut aliam actionem ſibi competentem tollere.

ARTICVLVS. 5.

Item quod in venditionibus, dationibus in ſolutum, permutationibus, & donationibus, ac aliis alienationib9 bonorum particulariter factis, quę mouentur ſub directo dominio alicuius, teneatur partes contrahentes, exprimere, & reſeruare directum dominium illius, ſub cuius dominio directo tenetur prædium, quod aliënatur: ipſumq; dominium directum, ac quantitatem cenſus, in ſpecie declarare & exprimere, ſi talis aliënans recognouerit: vel aliâs de dominio directo, & cenſu, certam notitiam habuerit. Quæ locum habere volumus, etiam in alienationibus, quę fiunt in incantu publico.

ARTICVLVS. 6.

Item quod recognitio rei dotalis em-

phiteotecariæ, vel feudalis, facta per vxorem, presente marito, seu eidem marito intimata, & non expressè contradicenti, tantum operetur, ac tantam probationem, & fidem faciat, contra eundẽ maritum, vel eius hæredes, dictam rem recognitam tenentes, sicut cõtra ipsam vxorem, & similiter recognitio dictæ rei dotalis, facta per maritum, præsente vxore, seu eidem vxori intimata, & non contradicenti, preiudicet eidem vxori.

ARTICVLVS. 7.

Item quod recognitio rei emphiteoticę, vel feudalis, facta per tutores, patres, & alios legitimos administratores, si præcedat recognitio illorum, à quibus seu eorum hæredibus, filij, & pupilli ac alij similes ius & causam habent, probet, & fidem faciat, contra filios, & alios supradictos.

ARTICVLVS 8.

Item quod recognitio facta, vsufructuario bonorum vniuersali, vel parti-

culari, profit proprietario, ac fi eidem proprietario facta effet.

ARTICVLVS. 9.

Item de legato, fideicommiffo, donatione caufa mortis, inftitutione hęredis, & diuifione bonorum, nō foluatur laudimium, fiue ad vnum diuidentium, perueniat vnum, vel plura prędia emphiteotecaria, vel feudalia, & ad alterum alia prędia, etiam non emphiteotecaria vel feudalia, fiue ad quemlibet perueniat pars cuiuflibet prędij, qui tamen teneantur recognofcere, intra menfem à die factę requifitionis, aliâs laudimiū foluere teneantur. Et nihilóminus recognofcere, & facere omnia, quæ erga dominum directum pertinēt, fub pœna commiffi, facta tamen fide per dominū directum requirentem, de iuribus fuis, fi de illis notitia nō habeatur. Si tamen alter ipforū pro maiori valore partis ad fe peruentæ, aliquā pecuniam, vel quid aliud, quod nō fit de bonis cōmunibus,

ſolueret, vel traderet, de eo quod ſoluitur, vel traditur in compẽſam, ſoluatur laudimium.

ARTICVLVS. 10.

Itẽ ſi fiat venditio, cum pacto de retro uendendo, medium laudimium tãtum ſoluatur, de retrouenditione, modò tale pactum fiat in ipſa vẽditione, vel incontinenti pòſt, & venditor vel eius hæres, pro ſe redimat: ſi verò alteri ius redimẽdi cederetur, tunc pro retrouenditione, quæ fit in vim illius iuris ceſſi, ſoluatur integrum laudimium.

ARTICVLVS. 11.

Item quod dominus directus poſsit vti retentione dictæ venditionis, ſub dicto pacto retrouendendi.

ARTICVLVS. 12

Item ſi quis det prædium ſuum emphiteotecarium heremum & incultum, ad plantandum, edificandum vel aliâs meliorandũ, cum pacto quod poſt aliquod tempus inter ipſos contrahentes diuida

tur, siue ęqualiter siue inequaliter, teneatur accipiens adueniente dicto tempore, pro parte prędii, in ipsum translata, capere inuestituram à domino directo, eique soluere semel tantum quartam partem laudimij, secundum valorē partis suæ, sic melioratæ, tempore inuestituræ ęstimandę.

ARTICVLVS. 13.

Item si prædium transactione transferatur, de possessore qui recognouit, vel est heres recognoscentis, vel ius & caussam habuit à recognoscēte, ad non possessorem, soluatur integrum laudimiū: sed si remaneat penes talē possessorem, non soluatur laudimium, quamuis per eum detur pecunia, nō possessori, salua semper actione domino directo, quoad iura sua, ratione prioris acquisitionis, per dictum possessorem factæ.

ARTICVLVS 14.

De cesione autem & remissione iurium & actionū ex caussa onerosa, quæ

fiunt tertio nō possessori; si in vim illius, cessionarius rem emphiteoticam conse quatur, integrum laudimium soluatur. Si verò ex causa lucratiua, & in vim illius donatarius rem consequatur, soluatur laudimium, prout infra proximè de donatione dicetur.

ARTICVLVS 15.

Item si detur prędium in dotem non æstimatum ab ijs, qui dotare tenentur, nullum soluatur laudimium, à prędium recipiente: recognoscere tamen teneatur, intra octo dies, à die requisitionis, quod si non faciat, cogatur recognoscere, & laudimium soluere: si verò detur æstimatum, tali æstimatione, quę faciat venditionem, soluatur integrum laudimium.

ARTICVLVS. 16.

Item de donatione inter viuos, soluatur laudimium, nisi fiat donatio inter ascendentes, & descendentes, vel inter fratres, & sorores, etiam ex vno latere tantum coniunctos.

ARTICVLVS 17.

Item quod feudatarij, vel emphiteotæ non alienent, nec transferant sua bona feudalia, vel emphiteotecaria, in ecclesias, capitula, monasteria, conuentus, vniuersitates, collegia, confratrias, seu alias congregationes. Quod si contrarium fecerint, teneātur, hi in quos facta fuerit dicta alienatio, illa alienare intra annum & diem, personis capacibus, & non prohibitis, aliâs dicta bona cadant in commissum.

ARTIC. 18.

Item si cōtingat donationes fieri, per feudatarios, vel emphiteotas, bonorum feudaliū, seu emphiteotecariorum, vniuersaliter vel particulariter, cum retentione fructuum, vel vsufructuum pro se ipso, vel alio, teneatur donatarius recipere inuestituram, & soluere laudimium domino directo non expectato fine vsusfructus.

ARTICVLVS 19.

Et idem intelligimus de donatione

inter viuos, quarum effectus post mortem donantis differtur.

ARTICVLVS. 20.

In casibus autem, in quibus diximus non esse soluendum aliquod laudimiũ, non intelligimus, quod accipiatur realis & actualis possessio rei emphiteoticę, vel feudalis, sine inuestitura, & recognitione, quam fieri debere omnino declaramus.

ARTICVLVS. 21.

Item verbum illud laudimium, intelligimus pro octaua parte præcij, vel æstimationis rei alienatæ, soluenda domino directo.

ARTICVLVS 22.

Item quando nulla fit mentio in contractu, quis teneatur soluere laudimiũ, statuimus, quod deinceps quælibet partium soluat medietatem laudimij, & si emptor totum soluerit, mediũ eius quod soluerit, repetere possit a venditore via executiua, intra duos dies á die.

requisitionis etiam extraiudicialis.

ARTICVLVS. 23.

Quod etiam habere locum statuimus in alienationibus, quæ fiunt per subhastationes, seu ad incantum publicum.

ARTICVLVS. 24.

Excipimus tamen donatarium, qui tenebitur soluere integrum laudimium, in casibus in quibus de donatione solui tur laudimium.

ARTICVLVS. 25.

Item si contingat fieri venditionem vsusfructus alicuius prædij, vel aliorum prædiorum, ad certum tempus, & deinde pendente dicto tempore, fiat venditio proprietatis dictorum prædiorũ, eidem vsufructuario, vel alteri, cũ pacto, quod venditio proprietatis non habeat effectũ, nisi finito tempore vsusfructus, quod nihilominus emptor teneat dño directo recognoscere, & statim nõ spectato dicto tẽpore soluere laudimium, non solum de præcio conuento, sed etiã

de præcio venditionis,seu æstimationis dicti vsufructus, pro rata temporis restantis.

ARTICVLVS. 26.

Itẽ licet hypothecę rei emphiteoticę, vel feudalis, ab emphiteota vel feudatario alienatę,per retentionem dominij directi, iure prælationis, extinguantur: tamen hoc non procedat, si ante quinquennium à die retentionis, dominus directus illam rem vendiderit, vel ad nouum accapitum dederit, seu alteri dare promiserit,tunc enim volumus,quod dictæ hypothecæ reuiuiscãt,seu perinde habeantur ac si nunquam extinctæ fuissent, nisi vrgente necessitate id fieret.

ARTICVLVS. 27.

Sed si anteà contingat dominum directum,qui retinuit,decedere,tunc hypothecæ remaneãt semper extinctę, etiam quod hęres eius, ante dictum quinquennium alienaret, vel ad nouum accapi-

tum daret, nisi heres venderet ei, cui defunctus intra dictum tempus vendere promisisset.

ARTICVLVS. 28.

Cęterum nolumus, quod conductores & emptores primi laudimij, possint vti iure retentionis, etiam si hoc á dominis directis expressé concessum esset.

ARTICVLVS. 29.

Item quando fiet aliquis contractus, vel alia dispositio de re emphiteotica, vel feudali, etiam cum clausulis translatiuis dominij & possessionis: res tamē non cadat in commissum, dummodo acquirens nō adipiscatur realem & actualem possessionem dictæ rei, absq; consensu domini directi.

ARTICVLVS 30.

Item intra tēpus quadraginta dierū à die dictę dispositionis computandorū, liceat partibus ab ipso cōtractu, vel alia dispositione, re integra recedere, soluto tamen prius vno laudimio.

ARTICVLVS. 31.

Item quod ſi dominus directus requiſitus de inueſtitura, dies ſuos (vt dici ſolet) videlicet tempus quadraginta dierum retinuerit, aut nihil reſponderit: lapſis dictis quadraginta diebus, à die requiſitionis computandis, iterum requiratur. Qui ſi intra diem huius requiſitionis nō retinuerit, vel inueſtituram non conceſſerit, iure retentionis & laudimij ſit priuatus, & liceat acquirenti poſſeſſionem actualem, & realem rei acquiſitę, propria authoritate, accipere: teneatur tamen dictus acquirens, requiſitus, recognoſcere.

ARTICVLVS. 32.

Item quod ſi contingat alienari rem emphiteoticam, vel feudalem, duabus vel pluribus perſonis, ſeparatim, & diuerſis temporibus, & qui prius acquiſiuit, requirat dominum directum de ipſum inueſtiēdo, dominuſq; directus retineat dies ſuos, poſtea ante lapſum di-

ctorum dierũ, inueſtiat poſteriorem, titulum habentem, hoc nonobſtante pre feratur qui prius acquiſiuit, & dominũ directũ interpellauit, dũmodo intra tres dies à die notitiæ dictæ inueſtituræ, per dominum directũ factæ, laudimiũ quod domino directo ſolutum fuerit, dicto inueſtito reſtituat, facta prius fide per inueſtitum, quantum pro laudimio ſolutum fuerit: cuius probatio fieri poſſit, mediante aſſertione iurata domini directi. Si autem poſteriorem titulum habens priûs dominum directum requirat de ipſum inueſtiendo, poſſit idem dominus directus, diebus ſuis durãtibus, priorem titulũ habentem, inueſtire: priore requiſitione non obſtante.

ARTICVLVS 33.

Item inſequentes conſuetudinem antiquam, ſtatuimus & declaramus, quod dies quos dominus directus in requiſitione prædicta retinet, ſint quadraginta

dies,qui incipiunt currere à die requiſitionis & exhibitionis notæ originalis, acquiſitionis dictæ rei emphiteoticæ, vel feudalis,per eiuſdẽ notæ notarium vel alium ipſius loco, vnà cum ipſo acquirente,vel eius procuratore faciendę: cuius notæ exemplum tabellionatum, ſi dominus directus illud habere requirat,idem acquirens,ſuis expenſis,eidem domino directo expedire faciat:à cuius exempli expeditione, dicti quadraginta dies currere incipiant. Cui quidem exẽplo tàbellionato, plena detur fides: dictumq́ue exemplum teneatur dominus directus eidem acquirenti reſtituere,ſi inueſtiatur,aut præcium dicti exẽpli,ſi dominus directus iure retentionis vtatur.

ARTICVLVS. 34.

Itém quod in dationibus in emphiteoſim, illarumq́ue recognitionibus, pro obſeruatione omnium contentorum in

instrumentis præmissorum, apponantur hypothecæ, non solum rei recognitæ, sed etiam omnium bonorum ipsius recognoscẽtis. Et vbi nõ essent sic appositæ, habeantur pro appositis, nisi aliter á partibus conuentum sit.

ARTICVLVS. 35.

Item si contingat dominũ directum esse extra præsentem ciuitatem, spatio quadraginta dierum, á tempore alienationis rei emphiteoticæ vel feudalis, fiat diligentia de eum reperiendo in domo eius habitationis, parte emptoris dictæ rei, vel alterius successoris, singulo die triũ dierũ post dictos quadragĩta dies: quibus elapsis, si repertus non fuerit, liceat acquirenti, realem & actualẽ possessionem rei acquisitæ, propria authoritate, absque aliqua inuestitura accipere, deposito tamen priûs præcio laudimii, penes aliquem idoneum, animo expediendi domino directo, illud habe-

re volenti, niſi durantibus dictis diebus ſe offerat aliquis habens poteſtatem inueſtiendi, laudandi, & retinendi, paratum inueſtire, laudare, aut retinere: quo caſu teneatur acquirens eundem offerentem requirere.

¶ De expenſis inſtrumentorum, & de ceſsionibus à creditore faciendis, & notarum cancellatione.

RVBRICA. 73.

ARTICVLVS I.

Statuimus, quod debitor ſoluens ante moram, nõ teneatur ſoluere impenſam inſtrumenti per creditorem extracti, quinimò creditor inſtrumentum illud ſine ſumptu, debitori reſtituere debeat, & illius notam in preſentia debitoris, deleri & cancellari facere. Si verò poſt moram debitor ſoluerit, etiam præciũ inſtrumenti, ſi ſibi traditum fuerit, ſoluere teneatur.

ARTICVLVS. 2.

Cancellatio autem notæ originalis, & quittancia specialis semper fiant, expensis debitoris, soluto debito, siue ante moram, siue post. Quibus creditor, consentire teneatur instante debitore.

ARTICVLVS. 3.

Si verò fideiussor, vel quilibet alius intercessor, soluerit creditori, & velit sibi per dictum creditorem quittāciam solutionis fieri, nec non cedi omnia iura, & actiones eidem creditori competentes, creditor id facere expensis ipsius fideiussoris, necnon instrumentum debiti eidem fideiussori, vel alteri intercessori, si illud habeat, tradere teneatur, sibi satisfacto de prætio instrumenti, si solutio debiti post moram facta fuerit: quod si creditor instrumentum non habeat, consentire teneatur, quod instrumētum debiti ipsi fideiussori, seu alteri intercessori, eorum expensis detur.

De petentibus debitum solutum.

RVBRICA 74.

ARTICVLVS. 1.

Statuimus, quod si creditor in iudicio petierit, scienter debitum solutum sibi, vel alii, mandato suo, vel sine mandato, eo postea ratum habente, in duplũ summæ petitæ puniatur, pro mediëtate fisco, & pro alia, parti reæ applicandæ: Et preterea expensas soluere teneatur.

ARTICVLVS 2.

Scientiam autem in creditore præsumimus, nisi ignorantia, vel obliuio ex cursu temporis, vel ex alia causa, possit per iudicem rationabiliter cõiecturari, quo casu nullam pœnam patiatur, sed solum expensas parti soluat.

ARTICVLVS. 3.

Volumus tamen quod si creditor ante petitionem, seu executionem debiti, ꝙ petere intendit, requirat iudicialiter, aut extraiudicialiter debitorem de sibi

exhibendo, infra tres dies, vltimam quittanciam eius, quod ipſe debitor, eidem creditori debebat, ipſe creditor poſſit lapſis dictis dieb9, impunè, petere, quod ſibi debere pretendit. At ſi debitor tunc nullam exhibeat quittanciam, ſed poſt iudicium cœptum, & creditor ſtatim liti cedat: nullam pœnam incurrat, & nihilóminus expenſas omnes debitor ſoluat.

¶ De probatione valoris fructuum, & aliarum rerum.

RVB. 75. ART 1.

Quia ſæpenumero in litibus dubitat, de valore & cõmuni æſtimatione fructuum, ideò ne partes grauentur, in probatione dicti valoris, ſtatuimus, quod poſthac, fiat relatio die vltima cuiuſlibet menſis, valoris, & præcij, quo magis cõmuniter, vẽditum ſit triticum, ſiligo, ordeum, auena, miliũ, vinum, fœnum, oleum, lana, & alia ſimilia, ſub pœna decem florenorum, quoties cõtrauentum

fuerit incurrenda, fisco & hospitali domini Bernardi Rascasij applicanda.

ARTICVLVS. 2.

Fiat aũt huiusmodi relatio, secretario domus cõmunis presentis ciuitatis, per magistros victualiũ, medio iuramento, per ipsum secretarium exigendo.

ARTICVLVS. 3.

Qui quidem secretarius, talem relationem in scripturam redigat, cui dicti magistri victualium se subscribant, seu alter eorum, si scribere sciant, super quo stetur assertioni dicti secretarij, & eidẽ relationi ita in scripturam redactæ, atq; vt supra subscriptæ, plena detur fides ita quod per extractum, à dicta scriptura, ad requisitionem partis, probetur posthac pręcium & cõmunis valor fructuum prædictorum.

ARTICVLVS. 4.

Pro quolibet autem extracto, secretario prædicto sex solidi turonenses, & magistris victualium qui tempore ex-

tractionis erunt, totidem solidi soluantur. ART. 5.

Itē quod vbi disceptabitur de valore aliarum rerum, id testibus, vel æstimatoribus, probari possit, & vbi quis per expertos probare voluerit, vnus à qualibet parte nominet. Quòd si altera pars nominare recuset, aut differat iudex ex officio nominet: quibus non conuenientibus, adiungat tertius, de cōmuni partium consensu, & si de tertio partes non conueniant, iudex cogat eas, vt plures nominent expertos, quibus fidant, & qui ab vtraq; parte nominabitur, is tertius sit, altera verò parte nominare recusante aut differente, vel eodem ab vtraq; parte non nominato, ne res in longum abeat, iudex ex officio tertium eligat, & sententia duorum præualeat, exacto ab eisdem iuramento de fideliter æstimando.

¶ De probatione ætatis & mortis.
RVBRICA 76. ART. 1.

Quia multóties contingit probandam esse ætatem, ac mortem, statuimus, quod deinceps parrochi cuiuslibet parrochię presentis ciuitatis, duos libellos, seu quaternellos, singulis annis, faciant, in quorumaltero nomina & cognomina baptizandorum, ac patris & matris eorumdem patriniq; ac matrinæ ordine alphabetico necnon annus & dies natiuitatis, si sciri possint, & baptismi, describantur: & in altero, annus & dies mortis cuiusque pariter ordine alphabetico describantur. Quos libellos manibus dictorum parrochorum subscriptos, in fine cuiuslibet mensis decembris, dicti parrochi capit^lo parrochię, cui prę fecti sunt, expedire teneantur: parrochi verò ecclisiarum non habētium capitula eosdem libellos capitulo ecclesiæ metropolitanę dictæ ciuitatis tradere teneantur. Et si dicti parrochi ante finem dicti mensis recedant, dictos libellos successori dimittant, qui cōtinuet, & supra

dicto tempore,quibus supra, expediat, sub pœna decem librarum turoneñ. Iidemque libelli benè custodiantur,sub pœna prędicta.Quibus libellis,& scripturis ex illis per notarium publicum extractis, & tabellionatis, plena fides adhibeatur. Dictusq; notarius pro qualibet extractione, sex solidos turonenses exigere possit: & quilibet curatus tempore extractionis existens, tres solidos turoñ. & tantumdem capitulum, apud quod dicti libelli reponendi & custodiendi sunt,exigere possint.

Libri primi.

Statutorum Auenionis:

Finis.



STATVTORVM Auenionis.

LIBER SECVNDVS

De curia tenenda.

RVBRICA. I.

ARTICVLVS I.

TENEATVR Deinceps curia, in singulis tribunalibus, saltem semel in hebdomada, videlicet in curia Rotæ sacri palatii apostolici Auenioñ. die mercurii: & vicegerentiæ, die lunæ: in curiis verò officialatus, vigueriæ, & iudicum curiæ temporalis præsentis ciuitatis, die martis: teneantur tamen supradicti omnes

riis criminalibus, vt tunc etiam adsint, per se vel eorum substitutos, vt si quid suboriatur, quod fiscum tãgat, id requirat, aliquo ex dictis notariis criminalibus scribente.

De citatione.

RVBRICA 2.

ARTICVLVS. 1.

Statuimus, quod deinceps infra ciuitatem & eius territorium, omnes citationes cuiuscunque iudicis, tàm ordinarii, quàm delegati, etiam apostolici, fiant in scriptis, per tiletũ tabellionatum, cum clara expressione ad quid, ad cuius instãtiam, ad quam diem, horam, locum, & locum loci, ac coram quo, quis citetur. Extra verò ciuitatem, & eius territoriũ, indistinctè fiant per literas tabellionatas, & à iudice subsignatas, cum expressione de qua supra. Volumus etiã, quod primæ citationi iudicis delegati, copia commissionis, literis, ac tileto ante subsignationem notarii inseratur, aut dicta

copia tabellionata, literis ac tileto, alligetur: neque alia copia procuratori sumptibus litis detur, sed petentis, citra tamen retardationem processus.

ARTICVLVS. 2.

Omnis citatio tàm infra ciuitatem & territorium, quàm extra, infra tamen comitatum venaissini, fiat in personam, si inueniri possit, Si autem citandus intra diem, domi habitationis bis perquisitus, manè scilicet & post meridiem, inueniri non possit, quod per officialem curię notario causę referatur, & in actis scribatur, fiat in crastinum dicta citatio in domo habitationis, copia tabelliona ta literarum seu tileti prædicti, in manibus vnius ex cohabitantibus dimissa, si illam recipere voluerit. Si verò noluerit, vel ibi nemine reperto, affixa hostio dictæ domus: quam quidem copiam vt supra affixam, nemini liceat amouere, aut corrumpere, præterquàm mandato citati, sub poena viginti quinque libra-

rum turonenſium, parti & fiſco, applicã darum: quod procedat in citatione infra ciuitatem vel eius territorium: extra verò, infra tamen prædictum comitatum, poſſint etiam inchoari predictæ diligentiæ poſt meridiem, & in craſtinum, manè ſcilicet, ſecunda diligentia fieri, & poſt meridiem dicta copia citationis affigi vt ſupra.

ARTICVLVS. 3.

Eo tamen caſu quo citandus non eſt in præſenti ciuitate & illius territorio, facta inquiſitione de eius abſentia, authoritate iudicis coram quo conueniri deberet, ſi preſens eſſet, per officialem curiæ à parentibus ſcilicet ſeu conſanguineis vel affinibus, aut vicinis vel colonis, aut inquilinis, ſi ſint, ſeu aliis quorum opera dicta citatio veriſimiliter ad notitiam dicti citandi peruenire poſſit, prouideatur eidem abſenti de curatore ad litem contra quem procedatur, ac ſi eſſet in eadẽ cauſa procurator à reo ab-

ſente conſtitutus. Et lata ſententia man detur executioni in bonis, ſi quæ condemnatus habeat in præſenti Ciuitate, vel illius territorio, vocato ſemper eicto curatore, vſque ad totalem executionem incluſiuè. Et ſi pendente lite, vel ea finita, aut infra annum à die executionis factæ, dictus abſens legitimè com pareat, admittatur, & audiatur in omnibus ſuis exceptionibus peremptorijs, cum dilationibus competentibus, ſicut ſi à principio litis a comparuiſſet, licet ab eiſdem dilationibus curator excluſus fuiſſet. Qui ſi bonam cauſſam habere cõperiatur, ſententia & illius executio reuocentur, & omnia ad priſtinum ſtatum reducantur; actorque condemnetur ad omnes expenſas, damna, & id quod intereſt, ſi mala fide litem proſecutus fuerit, & aliâs, prout iudici melius videbitur, in prouiſione authoritate dicti curatoris benè aduertat iudex, vt idoneum & probũ nominet ac decernat: Eumque

moneat, ne vlla in re defensionem omittat, propter quod litem suam faciat, conscientiam iudicis & curatoris super præmissis onerando. Quæ quidem curatoris prouisio dictis parentibus vel aliis personis supradictis, adhibito saltem vno teste, intimetur: si tamen actor velit obtinére, dictũ absentẽ in ꝓpria citari, vel in eius domicilio, vt supra in precedenti articulo, id facere possit: qui si in termino citationis non cõpareat, legitime ꝓcedatur contra eũ, vt infra in rubrica de rei contumac. Quæ omnia locũ habeant in comitatense absente à comitatu venaisini, obligato tamen curiis huius ciuitatis, etiam quo ad executionem bonorum in dicto comitatu existentium.

ARTICVLVS. 4.

Si minores viginti quinq; annis citati comparuerint, per se tantùm, aut cum persona illegitima, ad nominationem ipsorum de curatore ad litem, eis per iudicem prouideatur. Eisdem verò non

comparentibus, vel non nominantibus, iudex ex officio, illis curatorem ad litē decernat; ad partis agentis requisitionem, & non ad illius nominationem; sed arbitrio suo. Et processus cum tali curatore factus, sit de iure validus. Si autem postea dicti minores, cum alia persona legitima comparuerint, teneantur causam prosequi in statu, quo illam reperierint. Si verò pupilli sint citādi, tūc cum eis citentur duo consanguinei, vel affines, si sint in ciuitate & noti: aut illis non existentibus, duo vicini: ad videndum eisdem prouideri de curatore ad litem. Quibus comparentibus, iudex ad eorum nominationem, curatorem eis ad litem constituat. Alioquin ipsis non comparentibus, vel non nominantibus, iudex ex officio de curatore eisdem ad litem prouideat. Et processus cum tali curatore factus, sit de iure validus. Quæ locum habere volumus, quoad prodigos, furiosos, mente captos, surdos, &

mutos, nisi supradictis omnibus, esset iam prouisum de tutore, vel curatore, de quibus, si notitia non habeatur, procedatur vt supra. Si vero notitia habeatur, procedatur vt in articulo sequenti.

ARTICVLVS 5.

Item statuimus, quod iudicia possint incipere a tutoribus pupillorum, vel à curatoribus minorum, aut aliarum supradictarum personarum, absq; illorũ vocatione, tàm agendo, quàm defendendo, quod procedat etiam in eo, qui habet filios in potestate minores viginti quinque annis, siue habeat vsumfructum in eorum bonis, si ue non.

ARTICVLVS. 6.

Si autem filiusfamilias esset maior viginti quinque annis, is citetur, ac etiam eius pater, ad ipsum filium habilitandũ, quod si pater absit à ciuitate, & territorio, vel presens contumax fuerit, dictus filius pro habilitato habeatur, absque iudicis decreto, & tunc possit con-

inuentarium,coram notario &testibus, & se obliget in meliori forma, de benè administrando,redendo rationes,& reliqua præstando omnibus quorum intererit.

ARTICVLVS 8.

Quo verò ad citationẽ capitulorum; ecclesiarũ , conuentuum , religiosorum monasteriorum monialium,communitatum,seu vniuersitatum, collegiorum, hospitalis,& confratriarum, statuimus, quod deinceps ad citandum capitula ecclesiarum; sufficiat citare œconomum, vel vnũ habentẽ dignitatẽ,aut officiũ, vel duos canonicos,Et ad citandum cõuentum ,citare priorem, vel subpriorẽ, aut duos religiosos presbiteros:& ad citandum monasteria , abbatissam , vel priorissam , aut duas moniales.Et ad citandum collegia,citare rectorem,vel vicerectorem,aut duos collegiatos. Et ad citandũ hospitalia,& confratrias flagellatorũ , seu alias , satis sit citare rectorẽ,

aut vicerectorem,seu quemuis aliũ,qui dictis cõfratrijs presit. Quo verò ad vniuersitatem doctorum, sufficiat citare primicerium seu duos doctores ex aggregatis, & quoad communitatem ciuitatum,villarum,& oppidorum,sta sit citare vnum ex consulibus aut sindicis.

ARTICVLVS 9.

In omnibus citationibus exequendis extra ciuitatem, & illius territorium, assignetur dilatio arbitrio iudicis,sc̃d̃m locorum distantiam, vbi erit facienda citatio, ita tamen quod non breuior assignetur,quàm trium dierum.

ARTICVLVS 10.

Sit tamen in facultate rei citati, præuenire terminum assignationis, vocato actore.

ARTICVLVS 11.

Fiátq; prima citatio per tiletum,manu notarij causæ,seu eius substituti approbati,subsignatum,infra ciuitatem,& illius territorium etiam absque decreto

iudicis. ARTICVLVS. 12.

Quando quis citabitur ad audiẽdum ſententiam, etiam deffinítiuam, ad certam diem, & horam, licet non dicatur præciſè & peremptoriè, nihilóminus valeat citatio, & ita arctet citatum, ac ſi in citatione dicta verba expreſſa fuiſsẽt. Preſumaturque lata ſententia hora aſſignata, niſi contrarium probetur.

ARTICVLVS 13.

In eo quod citandus repertus non fuerit, & quod diligenter, & debito modo fuerit perquiſitus, ac tiletum, aut copia literarũ tabellionata, dimiſſa, aut affixa fuerint, ſtet relationi officialis, notario cauſę ſeu eius ſubſtituto approbato, factę, & per eũdẽ notariũ in actis ſcriptę, niſi contrarium probetur.

ARTICVLVS. 14

Quia in prętentibus ſtatutis fit mentio de intimatione facienda, & ſepè cõtingit eum, cui facienda eſt intimatio, non eſſe in pręſenti ciuitate, & eius ter

ritorio, tempore faciendę intimationis, ideo ſtatuimus, vt dicta intimatio tunc fieri poſſit, eo modo quo ſupra de citatione dictum eſt. Quod locum habeat etiā in denunciatione, ac proteſtatione, & oblatione, depoſito, ac ſimilibus.

¶ De electione domicilij.

RVBRICA. 3.

ARTICVLVS. 1.

Statuimus, quod actores & rei principales, tàm habitatores, quàm forenſes teneantur eligere domicilium in preſenti ciuitate, per ſe, vel procuratores, ad id mandatum habentes. Quod ſemel electum duret in oībus inſtantiis cauſæ inter eaſdem partes motæ, vſque ad finē litis, & eius executionem incluſiuè, niſi aliud, penes notarium cauſæ elegerint, vel apud eum, ſcribente alio notario, electum produxerint. In quo quidem domicilio, in quacunque parte litis, citationes, intimationes, proteſtationes, & quæcunque executiones, fieri valeāt

quæ ita arctent, ac si in personam factæ essent, nullóque modo audiantur actores, nec rei, nisi priùs electo per eos domicilio, sed cõtra eos procedatur, vt infra, in rubricis de actoris, & rei contumacia, quod procedat in quacumq; causa, etiam summaria, & executiua, nullusque alius procurator, vel substitutus admittatur, nisi electo domicilio, cui ad hoc facultatem tribuimus: substituente autem in causa iterum comparente, nouiter domicilium eligatur: in quo fiant, quę in priorib9 domicilijs fieri deberẽt.

¶ De procuratoribus ad lites & iuramento calumniæ.

RVBRICA 4.

ARTICVLVS. 1.

Statuimus, quod singulis annis, in prima curia, quæ post ferias vindemiarum tenetur, omnes procuratores, iuramentum præstent in manibus iudicum curiarum ciuitatis, tactis sacrosanctis euã gelijs, quod in causis, quas tàm agendo,

quàm defendendo suscipient, calumniã euitabunt, veros articulos dabunt, & fideliter articulis respondebunt, & omni ope, & studio curabũt, nihil eorum prętermittere, quæ ad iustã partium defensionem pertinebunt: hoc autem iuramẽtum, sic quotannis pręstitum, sufficere volumus pro iuramento calumniæ, in singulis causis pręstari solito, salua tamen facultate iudici, dicta iuramẽta exigendi, quando ei videbitur. Quod locũ habere volumus, etiam in procuratore fiscali, cui interdicimus, ne in curijs in quibus officio procuratoris fiscalis fungitur, causas ciuiles ex crimine dependentes, contra actorem pro reo defendẽdas suscipiat. Quæ quidem iuramenta sic præstita, ab omnibus notarijs dictarum curiarum, in eorum manualibus describantur. Qui autem ex procuratoribus, in dicta curia præsentes nõ fuerint, teneãtur in prima curia, in qua præsentes erunt, dictum iuramentum præstare

p̄ſtare, & ipſi notarii, vt ſupra deſcribere

ARTICVLVS. 2.

Item quod in termino primæ citatio-
ns, quis comparere poſſit ſine mãdato,
vt obtineat dilationem ad faciendum fi
dem de mandato. Qua dilatione elapſa,
eidem recomparationem ſine mandato
legitimo prohibemus, notarioque, ne
eandem recomparationẽ, ſi de facto fiat,
ſcribat, ſed procedatur contra citatum,
vti contra contumacem.

ARTICVLVS. 3.

Si autem mandatum apud acta produ
ctum, etiã parte aduerſa abſente poſteà
inter acta nõ reperiatur, ſoluat notarius
expenſas, in dicta cauſa factas, ac quan-
ti partis interſit.

ARTICVLVS. 4.

Procurator ſi cõparuerit, cũ ſufficienti
mãdato, cũ electione domicilii poſſit ci-
tari in ſuo domicilio, vt ſupra in ſecũdo
articulo ſecundæ rubricę, huius ſecũdi li
bri: niſi aliũ ſequẽtẽ curias, in cauſa ſub-

ſtituerit penes notarium cauſę, qui dictã ſubſtitutionem produxerit, domiciliũque elegerit, in quo citari poſſit.

ARTICVLVS. 5.

Si ad vnum actum tantùm, veluti ad declinandum forum, procurator conſtitutus fuerit, tunc procedatur contra cõſtituentem, vti contra contumacem.

ARTICVLVS 6.

Sufficiat cuicumque actori tutorum, vel curatorum, aut aliarum perſonarum actorem conſtituentium, facere fidẽ per teſtimoniales de actoria ſua, dummodo in eiſdem exprimatur tempus conſtitutionis ipſorum, & nomen notarii, abſq; eo quod producatur inſtrumentum dictarum conſtitutionum, quas tamẽ pars videre poſſit penes notarium, expenſis dictam actoriam producentis, & citra retardationem proceſſus.

ARTICVLVS. 7.

Quælibet perſona gerens, & adminiſtrans negotia aliena, cui de iure licet

cōstituere actorem ad lites,sicuti est tutor, vel curator, aut alius administrator possit etiam ante litem contestatam,cōstituere procuratorem, nomine pupilli, vel adulti, aut alterius,cuius bona administrat, etiam cū potestate substituēdi.

ARTICVLVS. 8.

Postquâm procurator pro aliquo produxerit mādatū,nō possit reuocari, etiā in casibus in quibus de iure reuocari potest,nisi cōstituto alio ꝑcuratore curias sequēte,& per eū māda to apud notariū causę producto,qui admittatur in statu, in quo causa existet.

ARTICVLVS. 9.

Nullus possit admitti ad patrocinandum in quacumque curia huius ciuitatis,nisi sit gradum doctoratus, vel licētiæ in iure ciuili,vel canonico, in aliqua celebri vniuersitate adeptus.

ARTICVLVS. 10.

Si contingat procuratorem mori,procedatur contra principalem per citatio-

nes in domicilio electo faciendas, donec cõstituerit aliũ procuratorẽ sequẽtem curias, qui mandatum penes notarium causę produxerit.

ARTICVLVS 11.

Possit autem substitutus per procuratorem etiam dominus litis factus, per principalem reuocari, constituto tamen priùs alio procuratore curias sequente, & mandatum penes notarium causæ producente.

ARTICVLVS 12.

Item quod procuratores lapso triẽnio à die terminatæ litis illiusque executionis, non possint aliquid de eorum patrociniis exigere.

¶ De causis non excedentibus summam decem florenorum.

RVBRICA. 5.

ARTICVLVS. 1.

Statuimus, quod in causis supradictis procedatur per quoscũque iudices summariè, simpliciter, & de plano, ac sine

ſtrepitu & figura iudicii.

ARTICVLVS. 2.

Si citatus in cauſa nõ excedente ſummam decem florenorum nõ comparuerit, iterũ citetur ad cõparẽdũ intra tres dies, quibus elapſis, ſi adhuc non compareat, iudex in contumaciam illius exequendam mandet petitionem actoris, exacto priùs ab eodem actore iuramento, petitionem eius, veritatem cõtinere: parito tamen rei iudicatæ in principali, & expenſis, audiatur reus ſuper ſuis exceptionibus perẽptoriis, eò caſu quo non fuerit in perſonam citatus: qui ſi bonã cauſam habere comperiatur, omnia reuocentur, actorq; cõdemnetur ad omnes expenſas, & ad id quod intereſt.

ARTICVLVS. 3.

Si vero comparuerit, & eò cauſa perducatur, vt ſententia feratur, ea executioni mandetur, appellatione & nullitate non obſtante.

ARTICVLVS. 4.

Nec liceat iudicibus causas huismodi notarijs audiendas, & decidendas aliquo modo committere.

ARTICVLVS. 5.

Et in prædictis causis iudicetur ex solis productis.

ARTICVLVS. 6.

Dum supra diximus de causa non excedente summam decem florenorum, intelligimus de summa, cuius tota obligatio, vnica solutione tollitur, non autē de ea summa, cuius solutio non tollit integram obligationem, veluti, si agatur de annuo debito.

De libelli oblatione & interrogatorijs litis præparatorijs.

RVBRICA 6.

ARTICVLVS 1.

Statuimus, quod in causis ciuilibus excedentibus summam decem florenorū, si reus vel eius procurator in termino primæ citationis non confiteatur intentionem actoris, sed petat dilationem

ad deliberandum, adueniente termino deliberationis, si non deliberetur, vel deliberetur negatiuè, actor vel eius procurator libellum producere possit, etiã apud notarium causæ. Qui tradere teneatur illius copiam tabellionatam, reo vel eius procuratori, etiam absq; aliquo iudicis decreto, qui intra octo dies immediatè sequentes, si velit, reconueniat, excipiat, & opponat quicquid sibi visum fuerit. Quibus elapsis, procedatur, vt infra rub. 9. de actore & reo com parentibus, articulo. 1. & 2. Liberum tamen sit actori producere libellũ ante citationem, cuius copia tabellionata tradatur citando in executione citationis, quo casu in termino citationis nulla ad præmissa detur dilatio, sed tunc teneatur excipere, & dicere contra libellum, necnon reconuenire, si voluerit, quod si non fiat, procedatur ad vlteriora secundum qualitatem causæ.

ARTICVLVS 2.

Quando autem intentio actoris probari poterit per ſcripturam publicam, vel priuatam recognitã, abſque aliqua alia deductione, & probatione, nullus de neceſſitate detur libellus, ſed dictæ ſcripturæ vim libelli habeant, nec iſto caſu requiratur litis conteſtatio.

ARTICVLVS. 3.

Et idem obſeruetur, quando agetur de computis mercatorum, vel artificum, quatenus tamẽ eorum libris ex ſtatuto, fides adhiberi debeat.

ARTICVLVS. 4.

Quando verò cauſa incipiet à præcepto, ſeu inhibitione, tunc ſi is, cui præceptum vel inhibitum eſt, compareat per ſe vel procuratorem, coram iudice inhibente ſeu precipiente, & petat tolli inhibitiones, ſeu præcepta, obtinens teneatur dare cauſas intra quatuor dies immediate ſequentes, cur inhibitiones, ſeu pręcepta tolli non debeant. Et ſi non dentur, vel dentur inſufficientes, iudex

tollat inhibitiones ſeu præcepta cum ex penſis, aut reſoluat in vim ſimplicis citationis.

ARTICVLVS 5.

Si autem actor velit obtinere, vt reus in iudicium vocetur, ad reſpondendum interrogatorijs litis præparatorijs, huiuſmodi interrogatoria tradantur notario cauſæ, qui vt ſupra, cum copia dictorum interrogatoriorum, tileto, vel literis citatoriis annexa, curet præcipiendũ parti, vt compareat corã iudice, ad certã diem, & horã, ad reſpõdendum eiſdẽ interrogatoriis pertinenter, & ſimpliciter, medio iuramento, iuxta verã ſcientiam, & cognitionẽ ipſius reſpõdentis.

ARTICVLVS. 6.

Itẽ quia ſæpenumero reſpõdet̃ dictis interrogatoriis, ſub alijs confrõtationibus, quàm in dictis interrogatoriis expreſſis, propter quod diutius contenditur inter partes, in maximũ earum præiudicium, ideò ſtatuimus, quod dein-

ceps, qui interrogatoria prædicta dare voluerit, ea det ſub confrontationibus tempore dationis exiſtentibus, ſub quibus reus reſpõdere teneatur medio iuramento, & ſi negauerit ſe poſſidere, vel reſponderit ſe ignorare, aut non reſponderit poſt ſecundum præceptum ſibi factum de reſpondendo, mittatur interrogans, in poſſeſſionẽ rei, in dictis interrogatoriis, deſignatæ, incõtinenti ſine alio proceſſu, taliſque miſſio præiudicet ſic reſpondenti duntaxat. Non tñ prohibẽmus dicto interroganti adiungere cõfrontationes antiquas, ante confrontationes modernas, vel poſt.

ARTICVLVS 7.

Si verò reſponderit ſe poſſidere ſub aliis confrontationibus, quàm in interrogatoriis expreſſis, iudex ad requiſitionẽ alterius partis, vel eius procuratoris accedat ſuper locum, aut alteri idoneo committat, vna cum nominãdis per partes, vel alteram earundem, in contuma

ciam alterius non nominantis. Et si repe rierit confrontationes interrogantis ve ras, præcipiatur reo, vt respondeat di-ctis interrogatoriis, per verbum credit, vel non credit. Quo non respondente, vel respondente per verbum, ignorat, aut se non possidere sub confrontationi bus interrogantis, mittatur interrogãs in possessionem, vt supra in præcedenti articulo. Ipseque reus cogatur soluere expensas in hoc incidenti factas, etiam via executiua. Et si confrontationes rei veriores reperiantur, idem reus non te neatur aliter respondere. Et isto casu in terrogans teneatur dictas expensas sol-uere via executiua vt supra.

ARTICVLVS. 8.

Et si respondens, dixerit se tenere vel possidere alieno nomine, teneatur ex-primere nomen & cognomen, quo ex-presso, siquidem nominatus, habitet in ciuitate, actor contra nominatum pro-cedat: si autem non habitet, tunc iudex

ſtatuat terminum nominanti, arbitrio ſuo, iuxta diſtantiam locorum, ad notificandum nominato, quod legitimè compareat intra ſimilem terminum, per iudicem ad notificandum aſſignatum. Quo termino elapſo, & nominato non comparente, procedatur contra nominantem, vſque ad ſententiam, & illius executionem incluſiuè, & prędicta ſententia nominanti plenum præiudicium faciat, nominato verò ſolummodo quo ad poſſeſſionem.

ARTICVLVS 9.

Et vbi nominatus legitimè comparuerit lite pēdente, admittatur in ſtatu, in quo cauſa tunc erit, feraturq; ſententia contra nominatum comparentem ac ſi lis contra eum conteſtata fuiſſet.

ARTICVLVS 10.

Declarantes quod probationes per actorem cōtra nominātem factæ, fidem faciāt, etiā in alio iudicio futuro inter dictū actorē, & nominatū ſuper eadē re.

Saluo tamen nominato iure obiectandi testes in dicta causa examinatos,& pro ducta impugnandi, sicut fecisset,si in eadem causa comparuisset.

ARTICVLVS. II.

Si verò reus interrogetur, an sit heres vel bona tenens,teneatur respondere infra tres dies,à die pręcepti,aut alium terminum per iudicem assignandum per se cum iuramento aut per procuratorem ad id mandatum speciale cum iuramento habentẽ.Quo non respondente, iterum precipiatur infra similem terminum, cum tileto tabellionato, per notarium causæ, seu eius substitutum approbatum cum comminatione,quod nisi responderit, interrogatoria habebunt pro cõfessatis aut negatis,ad electionem interrogantis: quod vltimum præceptum fieri volumus per duos cursores,vel duos seruientes.

De actoris contumacia.

RVBRICA 7.

ARTICVLVS. 1.

Si actor in termino primæ citationis legitimè non cõparuerit, reus legitimè comparẽs, relaxetur, ita quod ante duos mẽses ꝑ illa causa citari nõ possit. Quod si elapsis dictis duobus mensibus, reus iterũ citetur ꝑ eadẽ causa, & idẽ actor similiter in termino dictæ citationis cõparere legitimè non curauerit, reus relaxetur, nec ante sex menses pro eadem causa actori respõdere cogat, & nihilo minus, actor vtroq; casu soluat expensas arbitrio iudicis taxandas, absque vlla mora.

ARTICVLVS. 2.

Si autem reus vt supra, relaxari noluerit, sed iudicium prosequi, & diffinitiuè absolui, ac ius suum declarari, aut reconuenire maluerit, id facere possit: quo casu procedatur contra actorem sicuti actor contra reum contumacem, vt

in rubrica sequenti.

*** De rei contumacia.

RVBRICA. 8.

ARTICVLVS 1.

Statuimus quòd reus citatus modo cõtento in articulo secundo supra, in rubrica de citatione, si non comparuerit, legitimè in termino citationis, accusetur illius contumacia, & amplius non procedatur per pignorationes, vel excõmunicationes: sed actor volẽs prosequi ius suum, in contumaciam rei libellum producere possit, etiam apud notarium causæ, eumque citari curet per tiletum in foribꝰ curię, à qua citatio emanauit, affigendum, ad octauam diem ad recõueniendum, & dicendum quicquid in contrarium dicere voluerit, quo non comparente, in illius contumaciam admittantur ad probandum articuli in libello contenti, omissa isto casu litis cõtestatione. Deinde reus iterum citetur vt supra proximè, ad respõdendum arti-

culis, & ad videndum produci, & iurare testes, ac instrumenta, & alia documēta, eaque recognosci, & ad omnia alia necessaria faciendum, & fieri videndū, & licet in termino dictæ citationis, non producantur omnes testes, & omnia documenta, illa tamē produci possint, etiā alia die, & dicto reo citato vt supra proximè: & ita in omnibus procedatur vsq; ad sententiam inclusiuè: præmissa locū habeant in alio quocumque absente, vt supra in dicto articulo secundo, & non comparente.

ARTICVLVS 2.

Et vbi reus cōparere voluerit, in dicta causa, admittatur in statu, in quo causa tunc erit.

ARTICVLVS. 3.

Et si dictus reus contumax non appellauerit intra decem dies à die sententiæ cōtra eum latę, sentētia transeat in rem iudicatam, & executioni demandetur.

¶De actore & reo comparentibus.

RVBRICA 9.

ARTICVLVS 1.

Statuimus quod actore & reo legitimè comparentibus, si reus exceptiones dilatorias, vel impedientes litis ingressum proposuerit, tales exceptiones intra vnicam dilationem, arbitrio iudicis secundum distantiam locorum, vbi erit facienda probatio, assignandã, probentur. Quibus non probatis, procedatur ad litis cõtestationẽ, vbi erit necessaria, & ad vlteriora, nonobstante appellatione & inhibitione.

ARTICVLVS. 2.

Si verò reus libellum reconuentionalem produxerit, detur actori, seu eius procuratori, copia illius tabellionata, cum termino octo dierum ad deliberandum & excipiendum, á die habitæ copiæ computandorum, & si actor excipere voluerit, cõtra dictũ libellũ seruetur id ꝙ dictũ est, in præcedenti articulo.

ARTICVLVS. 3.

Si autem nihil exceptum, & oppositũ fuerit, lis contestetur, etiam super libello reconuentionali, & articuli in libello etiam reconuentionali contenti, ad probandum admittantur.

ARTICVLVS. 4.

Quibus articulis admissis, teneatur procurator illis respondere medio iuramento, simpliciter, & pertinenter, etiã in causis litis contestationem non exigẽtibus. Et hoc infra tres dies aut alium terminum per iudicem assignandum, in qua responsione aduertat, ne eorum cõscientia lædatur, non respondendo secundum facti veritatem. Quæ quidem responsio, si tunc non fiat, vel sit insufficiens, iudex cogat sub pœna arresti, vel alia arbitrio suo, ad respondendum infra tres dies, á die præcepti de respondendo: si tamen actor vltra responsiones procuratoris velit habere responsiones principalis, iudex præcipi mandet,

vt respondeat infra terminum prędictū modo prædicto. Quo non respondente per se, cum iuramento, vel procuratorem ad id mandatum speciale, cum iuramento habentē, iudex iterum præcipi mandet, cū tileto tabellionato per notarium causæ: quod nisi infra tres dies, à die præcepti responderit, habebūtur articuli pro confessatis, absq; alia iudicis declaratione. Quod vltimum præceptū per duos cursores, vel seruientes fieri volumus, quæ quidem responsiones si non fuerint per partem positæ, in fine cuiuslibet articuli, ponantur, & inserantur ibi per notarium causæ.

ARTICVLVS. 5.

Quod locum habeat dicto principali in ciuitate existente, eo verò in ea non existēte, pcipiat eius procuratori, vt intra competentem terminum arbitrio iudicis statuendum, curet suum principalem per se cum iuramēto, vel procuratorem speciale mandatum cum iuramen-

to habentem, reſpondere. Quo termino elapſo, ſi non reſponderit, requiratur per literas de reſpondendo intra viginti quatuor horas, ab hora requiſitionis, & expeditionis copię tabellionatæ articulorum, cum comminatione, quod niſi intra dictum terminum reſponderit, reſpõſioneſq; executori tradiderit, aut intra terminum in literis p̃fixũ illas apud notariũ cauſæ produci curauerit, dicti articuli pro confeſsis habebũtur, abſq; alia iudicis declaratione. Et talis requiſitio fiat adhibitis duobus teſtibus.

ARTICVLVS. 6.

Factaque reſponſione per procuratorem, dentur duæ dilationes ad probandum, quarũ prima ſit duodecim dierũ, altera arbitrio iudicis, ſecundum locorum diſtantiam, vbi facienda erit probatio, quibus dilationibus elapſis, actor ſit excluſus ab vlteriöri probatione, niſi actor vel eius procurator iurauerit, non potuiſſe facere probationes intra dictas

dilationes:quo casu iudex tertiã dilationem dare possit arbitrio suo. Qua elapsa sit exclusus ab vlteriori probatione, etiam ab examine testium, durantibus dictis dilationibus productorum, & iuratorum.

ARTICVLVS. 7.

Et tunc si reus excipere, & testes obijcere voluerit, habeat visionẽ actorum, & nomina & cognomina testium, cum termino quindecim dierũ, infra quẽ proponat omnes suas exceptiones, simul & obiectus, & si velit habere visionem attestationum, copia illarum tabellionata detur sub termino prædicto, Qui terminus currat à die habitæ visionis prędictæ.

ARTICVLVS. 8.

Quo termino elapso, si nihil per reũ exceptum vel obiectum fuerit, statim in causa concludatur. Si autem reus exceptiones & obiectus produxerit, illis admissis, factaq; responsione per actorẽ

seu eius procuratorẽ, detur dilationes ad probandum, vt dictum est in actore, omniaque ibi dicta locum habeant in reo faciente suum processum, super suis exceptionibus, & defẽsionibus. Et si actor lapsis dictis dilationibus replicare voluerit, habeat visionẽ eorum, quę gesta sunt, cum termino duodecim dierum, & dilationes ad probandum, vt supra. Et idem obseruetur in attestationibus rei, sicut dictum est in attestationibus actoris. Et terminus quindecim dierum currat in actorem, prout supra dictum est articulo pręcedenti, respectu rei.

ARTICVLVS. 9.

Declarantes quod omnes articuli, exceptiones, duplicationes, vel triplicationes continentes, admittatur, & semper admissi censeantur cum clausula solita, saluo iure impertinentium, & non admittendorum, eorum tamen copia parti aduersæ prius tradita. Et iudex super eis sic admissis, si admitti non debuisset

his nullo modo moueatur, causam definiendo, sed habeat pro non admissis & productis. Et idem seruetur in causa appellationis.

ARTICVLVS 10.

Et si pendētibus dilationibus ad probandum, ambæ partes, vel altera illarū seu earū procuratores, producāt alios articulos, nulla alia pro illorum probatione detur dilatio: quinimo si producantur lapsis prędictis dilationibus, non admittantur, nisi deducatur tale factum, quod pars vel procurator ad eorum notitiā post dictas dilationes, asserant cum iuramēto peruenisse: quo casu iudex admittat, & det dilationem vnicam arbitrio suo ad probandum. Et nulli alij articuli in eadē instantia produci possint, nisi posteà ex aduerso aliquid deductū, vel probatum fuerit.

ARTICVLVS 11.

Vbi examen testium in ciuitate, vel territorio erit faciendum, iudex ordina

dos, & ſic deinceps de loco in locum vſque ad finem examinis. Nec non ad videndum apponi, in atteſtationibus ibi ſumendis, quando per remiſſionem fiet examen, ſigilla, & ſubſcriptiones eorum, qui eaſdem atteſtationes ſumet. Et parte vel eius procuratore comparen te, vel non comparente, dicta ſigilla & ſubſcriptiones pro recognitis habeãtur. Et perquiſitio partis ſeu eius procuratoris ad præmiſſa olim in loco productionis teſtium fieri ſolita, amplius non fiat, & in prædictis detur fides notario.

ARTICVLVS 12.

Quando autem in examine teſtium petetur adiunctus, detur non ſuſpectus expenſis petentis non recuperandis. Et nõ procedatur, niſi eo vocato per notarium cauſę, in prȩſentia duorum teſtiũ per duos dies integros, antequam proficiſcendum ſit. Et ſi tunc adiunctus proficiſci nolit, aut non poſſit, iudex de alio non ſuſpecto prouideat, qui onus acce-

dendi ſtatim ſumat.

ARTICVLVS 13.

Si iudici loci, vbi teſtes degunt, examen teſtium committatur, ſimilis intimatio, & aſſignatio, vt ſupra, fiant.

ARTICVLVS. 14

In qualibet cauſa plures, quam decẽ teſtes ſuper quolibet articulo non recipiantur. Quod ſi idem factum, etiam per diuerſa verba, in diuerſis articulis deductum & repetitum fuerit, pro vno articulo tantùm habeatur.

ARTICVLVS. 15.

Dicta teſtium ſigillatim, & ſuper quolibet articulo, prout à teſtibus proferentur, non autem relatiuè ad articulũ, dicendo ſimpliciter contenta, vera, vel non vera, in vulgari & intelligibili ſermone, per notarium cauſæ in acta fideliter redigantur. Si tamen teſtes idiomate loquerentur extero, ſeu iudici nõ intelligibili, eo caſu adhibeatur fidelis, & idoneus interpres, neutri parti ſuſpe-

ctus per iudicem causæ, aut alium examinatorem assumendus, cuius interpretis verba scribantur, prout ab eo proferentur, nec audeant notarij dicta testium huiusmodi aliter scribere, minusque examinantes aliter dictare, examenque per substitutos non scribatur, nisi tales substituti præsente eorum magistro scriberent, vel approbati essent; quod si notarii essent infirmi, vel legitimè occupati, aut substitutos vt supra approbatos non haberent, eo casu prouideatur de alio idoneo notario per notarium causæ nominando, ac per iudicem approbando, partibusque non suspecto.

ARTICVLVS 16.

Notarii tàm ciuiles, quam criminales attestationes, seu testium depositiones secretas teneant, nec eas pandãt alicui, aut patefieri permittant, sine iudicis mandato: quod si contra factum fuerit contraueniens ipso facto priuetur omni salario, quod ex ipsa tota causa esset ha-

biturus, & soluat fisco libras decem turonen̄. Qui si iterum contrauenerit, soluat duplum, & si tertio contrauenerit, vltra pœnas prædictas alia grauiori pœna arbitrio iudicis puniatur.

ARTICVLVS. 17.

Nullus testis posthac examinetur, nisi priûs data, vt vulgo dicitur (attiqueta) subscripta per partem, seu eius procuratorem, eáque inseratur in principio examinis cuiuslibet testis, factóque examine per iudicem, vel alium examinatorem, notarius qui scripsit dictum examen, teneatur illud hincinde lineis ambire, & concludere, iudexque seu alius examinator, teneatur se subscribere in fine cuiuslibet folij. Et si prædicta forma non seruetur, qui eam non seruauerit, perdat emolumentū dicti examinis.

ARTICVLVS. 18.

Item in attestationibus scribatur processus verbalis, separatus ab examine testium, purè & simpliciter, sine aliqua

superfluitate, & si qua pars illum videre voluerit, penes notarium videat, nihilque pro visione soluatur: parti tamen petenti, copia expediatur suis expensis, productióque attestationum coram iudice facta, habeat vim publicationis ipsarum, perinde ac si iudex illas publicasset, non tamen per hanc publicationem partes seu earum procuratores possint illas legere, absque iudicis decreto.

ARTICVLVS. 19.

Interrogatoria super quibus testes examinari debent, si habitatores ciuitatis sint, dentur intra duodecim horas à productione testium. Si verò forenses fuerint infra sex horas dentur. Si autem post examen priorum testium productorum alij testes producantur, tunc dētur interrogatoria intra duas horas, a tēpore productionis. Vbi verò examē fiet extra ciuitatem & illius territoriū, ne diutius remorentur, qui foras proficiscuntur, tūc seruetur, quod de forensi-

bus proximè dictum est. Et si data non fuerint interrogatoria, imputetur non danti, vt examinentur sine dictis interrogatorijs: iudex tamen vel alius examinator suppleant pro eorũ doctrina, prudentia, & probitate admonendo testes, ne quid falsò dicant: testis namque falsus Deum contemnit, iudicem fallit, & partem lædit. Qui etiam teneantur illos interrogare, de causa scientiæ, loco, tempore, præsentibus, & qualitate personarum ipsorum testium, veluti cõsanguinitate, affinitate, amicitia & similibus. Dictaque interrogatoria quandocumque data fuerint, recipiantur, quantum ad examen faciendum aut perficiendum.

ARTICVLVS 20.

Nec dicta interrogatoria contineant noua capitula, seu nouam materiam, sed solum fiant super facto articulato, seu materia concernente articulos, super quibus testes examinari petuntur:

quod relinquitur arbitrio & discretioni examinatoris.

ARTICVLVS 21.

Amplius non dentur literæ compulsoriales, loco tertiæ dilationis dari solitę, sed in quacumque parte litis, citra tamen retardationem illius, possit quęlibet pars, seu eius procurator illas obtinere, pręsente, vel absente altera parte seu eius procuratore, fiatque in papiro, vel membranis, ad volũtatem partium, seu earum procuratorum: in obtentione tamen illarum assignetur pars aduersa, seu eius procurator, ad diem, & horã certam, in loco, & locis, vbi mandabuntur executioni, ad videndum fieri extractionem quorumcumque actorum, & in eisdem apponi sigilla, & subscriptiones eorum qui eas facient, & apponent. Partéque aduersa, vel eius procuratore cõparente, vel non comparente, dicta sigilla, & subscriptiones habeantur pro recognitis, absque alia recognitione.

Si producãtur aliqua acta,seu ꝓcessus in alio iudicio inter easdē, vel alias partes gesta nullo modo trãscribantur,seu, vt dicitur grossent̄,sed alligent̄ ꝓcessui.

ARTICVLVS 23.

Postea cõcludat̄ ĩ causa,nec amplí⁹ det̄ termin⁹ad dãdũ causas ꝑꝑ quas nõ sit cõ cludẽdũ: post quã quidẽ cõclusionẽ etiã portato ꝓcessu ad iudicãdũ, admitti semel tm̃ ꝓbationes possint:dũmodo ĩ prõ ptu offerãt̄, & ex magna & vrgẽti cã iu ramẽto partis vł ei⁹ ꝓcuratoris ad id speciale mãdatũ habẽtis, ꝓbãda:nisi tũc iudex esset parat⁹ ad sentẽtiã ferẽdã.Positiones verò nũq̃ admittãt̄, nisi in tertia instãtia ꝑ rescriptũ superioris, & semel tm̃:his verò casib⁹, q̃bus ꝓbationes vel positiones admitti cõtinget,postq̃ portatus erit ꝓcessus,vt dictũ est,& per iudicẽ visus,ẽt ꝓ parte, suꝑ quo ei⁹ stet̄iu ramẽto,et talis sit iudex:cui debeãt̄ sportulę,nõ audiat̄ ꝓducẽs dictas positiones vel ꝓbationes,nisi ĩtegris sportulis iudi

ci ſolutis,per eum qui dictas poſitiones vel probationes produxerit.Quæ quidē ſportulæ non recuperentur, ſed hoc caſu aliæ ſportulæ per ambas partes pro ſententia ferenda deponantur, niſi iam depoſitæ extitiſſent. Quæ autem diximus de tertia inſtantia, locum habere volumus, in prima vel ſecunda inſtantia,eo caſu quo ſententia ferenda,mandari poteſt executioni contra producentem.

ARTICVLVS. 24.

Notarius faciat regeſtrū proceſſus abſque vlla verborū ſuperfluitate, in bona papyro & litera legibili, & in qualibet facie cuiuſlibet folij,ſint viginti octo lineæ, & in qualibet linea, ſex dictiones, & in quolibet folio ponat numerus:& ſi aliter fiat,detrahatur notario de pręmio ſibi debito pro rata,arbitrio taxantis, in eo tamen non inſerantur inuentaria bonorum,ſed alligentur proceſſui. Et ſemper tabellionetur ꝓceſſus ſigno manua

li notarij originalis, vel eius ſubſtituti, approbati, antequàm portet̃ ad iudicẽ, prohibentes iudicibus, ne aliter,quã ex proceſſu ſignato iudicẽt,in qua ſubſcriptione fiat mentio de numero foliorum. Et pro dicto proceſſu ſatisfiat notario, per ambas partes,de expenſis eas cõcernentibus,iuxta taxam,infra libro quarto factam,via quidem executiua, facta priûs re quiſitione cum copia parcellæ taxatæ,de ſoluendo intra octo dies, etiã non expectato fine proceſſus: quod ſi altera pars totum ſoluat, vt lis citiûs terminetur,ab altera parte, quod pro ea ſolutũ fuerit, via executiua repeti poſsit. Teneatur etiàm notarius parcellare expenſas totius proceſſus, antequam eum deferat procuratoribus, poſt concluſionem in cauſa, & parcellam expenſarum proceſſui alligare, vt ijdem procuratores eas calculare poſsint, & indè iudici portare,vt ſuper illis ſententiam certam ferre poſſit,apponendo poſt ver

ba,apponi ſolita in condemnatione expenſarum,videlicet, in expenſis legitimè factis verba ſequentia. Et per nos in parcella expenſarum taxatis aſcendentibus &c. Cuius ſententiæ vigore nõ ſolum pars,ſed etiam procuratores & notarii expenſas eos concernentes, à condemnato exigere poſſint,via executiua.

ARTICVLVS. 25

Item ſi contingat deferri proceſſum, infra ciuitatem, non fiant duo proceſſus, ſed vnus tantùm, modo quo ſupra:qui ſi iam factus fuerit, is expediatur ei,qui eum requiret,ſatisfacto iuxta taxam,infra libro quarto contentam.

ARTICVLVS. 16.

Itẽ quia ſæpè euenit,vt qui inſtrumenta,& alia documẽta produxerit,illa ſibi reſtitui petat, aduerſario quandoque reſiſtente, ideò ſtatuimus, vt ſi facto proceſſu, dicta reſtitutio petatur, illa fiat nullo retento illorum regeſtro, parte aduerſa ſeu eius procuratore, priûs ad

hoc vocato, ſi verò non facto proceſſu dicta reſtitutio petatur, illa fiat retento regeſtro, taliter facto, vt poſtea proceſſui faciendo, accommodari poſſit, vocato ſemper prius aduerſario. Volumus tamen eadẽ originalia exhiberi arbitrio iudicis, altera parte ex aliqua cauſa petente, non intendimus tamen quod regeſtrum fiat de expreſſis ſupra, articulis 22. & 24. ſed illa cuſtodiantur per notarium cauſæ, & non reſtituantur, donec cauſa finita fuerit per ſententiam, aut partium concordiam, niſi iudex aliter fieri debere arbitraretur. Et in caſu reſtitutionis faciendæ, reſtituantur ſatiſfacto notario, iuxta taxam infra libro quarto contentam.

ARTICVLVS. 27.

Perfecto aũt ꝓceſſu, ſi partes, ſeu earũ procuratores viſionẽ illius ſeu actorum & productorũ, habere velint, habeant, prius actor, deinde reus, cum duabus dilationibus, prima duodecim dierum, al-

tera verò octo dierum, vel maiori aut minori arbitrio iudicis, ſecundum magnitudinem proceſſus ſeu actorum, & productorum, & qualitatē cauſæ. Et ſi velint habere viſionem atteſtationum, copia illarum tabellionata detur dilationibus prædictis durantibus, & non poſtea: quibus dilationibus elapſis teneantur partes ſeu illarum procuratores reſtituere dictū proceſſum, ſeu acta & producta, notario accedenti domum dictarum partium vel procuratorum, vt proceſſum ſeu acta recuperet, quæquidem partes vel procurarores ſi tunc requiſiti non reſtituerint, teneantur infra diem ſequentem deferri curare dictum proceſſum, ſeu acta dicto notario, ſub pœna arreſti curiæ. Et de ſupradictis ſtetur dicto notarii: quod ſi elapſis dilationibus præmiſſis, notarius abſque vllo legitimo impedimento, in repetendis dictis proceſſu, ſeu actis & productis, in mora fuerit, ſimili pœna puniatur, quæ

locum habeăt in omni restitutione, etiă in causa appellationis.

ARTICVLVS 28.

Teneantur procuratores exprimere causam, & finem, ad quos fiunt productiones, quorumcumque documentorum, quod si nõ fecerint priuentur emolumento omnium suarum expensarum, & nihilóminus cogantur per iudicem, etiam delegatum apostolicum, causas & fines prædictos exprimere, sub pœna arbitrio iudicis imponenda, & post ordinationem de portando ad fines iudicandi, non liceat visionem attestationum petere, etiă per rescriptum superioris, nisi in tertia instantia.

ARTICVLVS 29.

Notarius portãdõ processũm, seu acta & producta nunquam portet originalia attestationum, sed copiam benè collationatã, & tabellionatã: iudices tamẽ possint illa pro sua informatione videre. Ac etiam partes seu eãrum procura-

tores, vt videant,ac conueniant cum copia prædicta,& huiusmodi copia similiter portetur in aliis instantiis, ita quod originalia semper remaneant penes notariũ, qui dictas attestationes sumpsit: & idem seruetur in articulis,& interrogatoriis litis præparatoriis,& literis cãbii, ac apochis, & aliis scripturis priuatis, quando ex solis productis iudicabitur.

ARTICVLVS. 30.

Quia sæpè contingit notarium allegari suspectum,ideò statuimus, quod deinceps,qui suspicionem sufficientem allegabit, eandem intra octo dies probet, qua probata remoueatur, & liceat actori alium notarium non suspectum eligere, quo electo scribente procedatur in causa non obstante appellatione, & inhibitione,& citra illarum prȩiudiciũ: quod si dicta suspicio probata nõ sit,tũc non detur adiunctus, nõ obstante appellatione vt supra, nisi in examine testiũ

non suspectus, de eadem curia vel parqueto expensis petentis, & non recuperandis: qui iurabit mandato iudicis de non reuelando attestationes.

ARTICVLVS. 31.

Item, quamuis aliquorum productorum exemplum, seu copia, parti principali data fuerit, nihilóminus procuratori petenti iterum detur, ea priùs soluta: ac liberum esse volumus procuratori apud notarium videre originale. Quod notarius teneatur exhibere, sine sumptu, quæ omnia nullo modo retardare processum volumus.

ARTICVLVS 32.

Item portato processu, seu actis & productis iudici, tàm ordinario, quàm delegato, etiam apostolico, ad fines iudicandi, antequàm feratur sententia, taxentur per iudicem sportulæ, prout æquum videbitur, attenta magnitudine processus, seu actorum, & productorũ, & qualitate causæ, & personarum. Cogatque

partes illas æqualiter deponere via executiua. Et si vna pars omnes deponat, vt citius lis terminetur, medietatem illarum ab altera parte statim repetere possit, per viã executíuã, vel denegationem audientię, donec soluerit non obstante appellatione & inhibitione:& citra illarum prçiudicium:quod procedat in omni instantia, quoad iudices, qui sportulas capere possunt.

ARTICVLVS. 33.

Postquàm autem processus, seu acta, & ꝓducta, iudici portata fuerint, nihil à notario & procuratoribus exigatur de terminis tentis in petẽdo sententiã, excepto termino vnius assignationis seu citationis ad audiendum sententiã, & termino prolationis ipsius sentẽtiæ, ac aliis ex iusta causa tentis arbitrio iudicis. Si tamen notarius requiratur de scribendo, à requirente curet sibi satisfieri.

ARTICVLVS 34.

Item si fuerit decreta aliqua citatio,

vel preceptũ, non ſcribatur ſecũdũ, ſed primũ executioni mandetur, ſi executioni mandari poſſit. Quod ſi non poſſit propter termini circunductionem, huiuſmodi impenſa ab impetrante, etiam ſi pro eo ſententia feratur, ſoluatur.

ARTICVLVS. 35.

Itẽ quod iudices tàm ordinarij, quàm delegati, etiã apoſtolici, in deciſionem omnium cauſarum nullam habeant rationem quarumcunque nullitatum, niſi iuriſdictionis, citationis mandati & aliarum, de quibus expreſſè mentio in volumine horum ſtatutorum facta exiſtit.

ARTICVLVS. 36.

Item quod in proceſſibus non inſerantur facultates legati, vicelegati, & aliorum magiſtratuum ordinariorum. Et ſi contrariũ fiat, nihil exigatur, niſi quãdo extra ciuitatem & comitatum venayſſini deferri contingeret.

ARTICVLVS 37.

Item quia sæpe in litibus contingit iuramentum suppletorium deferri, vel actori, vel reo, in prolatione sententiæ, quo tempore potest contingere, eum cui tale iuramentum deferendum est, ante sententiam decedere, nec per eius heredem iuramentum predictum, propter probabilem facti ignorantiam, pręstari posse, ideò super hoc prouidere volentes, ne probationes pereant, statuimus, vt liceat actori, vel reo dictum iuramentum in quacumque parte litis pręstare. Quod tamen iuramentum effectum tantum habere volumus, si per iudicem in eius sententia approbetur Et idem seruetur in quocumque alio iuraměto, quod in iudicio prestari potest.

ARTICVLVS. 38.

Item quia sepè dubitatur, quomodo sit agendum contra tertium possessorě rerum hypotecatarum, ne processus vitio nullitatis corruat, ideo statuimus,

deinceps sufficere, vt citetur tertius pos sessor, ad indicandum bona debitoris, qui si intra quindecim dies post citationem inchoandos, non indicauerit, vigore presentis statuti conceditur regres sus, & potestas agendi cōtra eundē possessorē, alia solemnitate non requisita: si verò aliqua bona ipsius debitoris infra præsentem ciuitatem, vel eius territorium, indicauerit intra dictū terminū, tunc creditor contra dicta bona agat, & si in dicta lite aliquis tertius se opponat id indicanti notificetur, instante dicto agente. In qua quidem lite indicans cōparere possit, ad deffendendum suam indicationem, & si creditor succūbat per primam sententiam, quia bona indicata non possidebantur ab ipso debitore, tēpore indicationis (quod in sententia exprimatur) indicans teneatur reficere creditori via executiua omnes expensas cō tra bona indicata factas, ac id quod intererit, eo tamen prius ad dictarum ex-

pensarum taxationem citato,& audito, & nihilóminus dictus creditor mittatur etiam via executiua in possessioné rei hipotecatę,per indicantem possessæ, Eamq́ue teneat,donec fuerit eidem creditori satisfactum, vel ex præcio venditionis dictę rei,aut illius vsusfructus ad incantum publicum, ad creditoris electionem, nisi appareat de anteriori hypotheca eius, cōtra qué fieri debet missio in possessionem, quo casu non fiat dicta missio,sed dictus creditor prouideat sibi alio iuris remedio.

ARTICVLVS. 39.

Item quia sæpè notarii recusant vnū terminum,aut alium quemcumq́ue iudiciarium actū parti requirenti, ab aliis terminis vel actis separatim expedire, in graue damnum partium, ideò statuimus & mandamus, posthac omnia acta iudiciaria coniunctim, vel separatim, pro voto partium requirentium, expediri, dummodo perfectè fiat expeditio

& in forma probante.

ARTICVLVS. 40.

Item quod procuratores causarũ possint producere instrumẽta & documenta quecumque ad causam faciẽtia apud notarium causæ, vel eius substitutũ approbatum, ac de dilationibus inuicem conuenire, & notarius de ijsdem documentis recognitiones recipere, partibus vel earum procuratoribus præsenti bus, & literas citatorias, requisitorias, & compulsorias, parti vel eius procura tori petenti, etiam altera parte vel eius procuratore absente, expedire, illæque fiant nomine iudicis, perinde ac si per eum decretæ fuissent.

ARTICVLVS. 41.

Quia passim in volumine pręsentium statutorum fit mentio de via executiua, nos per viam executiuam, intelligimus pręcepta pœnalia, carcerationes, excõmunicationes in casibus permissis à sa-

cro sancto concilio tridẽtino, arresta, pignorationes bonorum, præsidia seu garnisiones, denegationem audientiæ, & cætera remedia executiua nullo iuris ordine seruato. ARTICVLVS. 42.

Itẽ quod deinceps terminus saluo iure cõplẽdi, & dico generalia ac p̃cise ad primã, vel nisi ad primã omnesq; alii termini præter descriptos in p̃senti volumine sublati omnino sint, & si de facto obseruentur, pro eis nihil procuratoribus soluatur, nec notario.

ARTICVLVS. 43.

Item quia sæpè hesitatur, qua die teneri debeat terminus assignatus ad octauam, vel infra alium terminum, ordinamus, & declaramus, talem terminum teneri debere, die octaua, seu alia die assignata, computata die assignationis pro vna die dicti termini assignati, & in principio horæ assignatę si tunc teneri possit, vel die iuridica immediatè sequenti, & simili hora, terminus-

que præſumatur tentus hora debita, & opportuna, niſi contrarium probetur.

ARTICVLVS. 44.

Item quod poſt hàc omnes libelli, articuli, interrogatoria, ſupplicationes, ſedulæ, & allegationes iuris, non producantur, nec recipiantur in iudicio, niſi ſubſignatæ per procuratorem, vel aduocatum: quod ſi aliter fiat, nihil pro his exigatur.

ARTICVLVS. 45.

Item quia iudices tàm ordinarij quàm delegati, etiam apoſtolici, notarijs cauſarum, ſeu eorum ſubſtitutis approbatis, receptionem iuramentorum teſtiũ, ac illorum examen, necnon immiſſionẽ in poſſeſſionem bonorum, & pleraque alia committere ſolent, ſuper quo heſitatur, an dicto notario aſſerenti ſibi prædicta fuiſſe commiſſa, credendum ſit, ideò hanc dubitationẽ tollentes, ſtatuimus, vt poſt hac dicto notario ſic aſſerenti abſque teſtibus plena detur fides,

quod procedat etiam quoad pręsentationem cõmiſſionũ,productionem quorumcumque documentorũ, tentionem terminorum, ac prolationem ſententiarum.

ARTICVLVS. 46.

Item quia ſæpè contingit pendente lite, litigantes eorum bona alienare, & aliâs effici non ſoluendo, in magnum præiudicium litigantium & pro eis, in iudicio agentium, ideò ſtatuimus, quod bona litigantium ſint illis obligata, & hypotecata, à die cõparitionis partium aut earum procuratorum, cum productione mandati ſufficientis.

ARTICVLVS. 47.

Item quia ſæpè dubitatur, an ſententiæ debeant proferri in perſonam partium litigantium, vel earum procuratorum dominorum litis, hanc dubitationem tollentes, ſtatuimus, quod omnes ſententiæ proferri poſſint in perſonam dictarum partium, vel ea-

rum heredū, ac si domini litis facti essēt.

ARTICVLVS 48.

Item quia sepè hesitatur, quis debeat soluere sportulas, & alias expensas concernētes sententias, quando neutra pars condemnatur in expensis, vel nullo modo condemnatur, ideò statuimus, vt tali casu vtraque pars soluere æqualiter teneatur: & alias quascunque vtramque partem simul tangētes & concernētes.

ARTICVLVS 49.

Item quia notarii in degrossatione terminorum, omittunt ponere annum, in mutatione cuiusque mensis, quod remoratur iudices, & aduocatos, in perquirēdo annum, cum sępenumero necessariū sit scire annum ad causæ decisionē, ideò statuimus, vt posthac notarii teneantur in mutatione cuiuslibet mensis, annum quoque annotare.

ARTICVLVS. 50

Item si contingat impetrari ampliorē dilationem duorum mensium, propter

loci, vbi facienda est probatio, distantiã, quia id, vt plurimum, fit animo differendæ litis, statuimus, quod si pars, vel eius procurator impetrãs talem dilationem, non docuerit se diligentiam fecisse ad probationes faciendum in prædicto loco, incurrat pœnam quinquaginta librarum turonensium, vel maiorem, arbitrio iudicis applicandam, pro medietate fisco, & pro altera medietate parti aduersæ, & eius procuratori. A qua pœna appellari nõ possit, quod procedat, tàm in secunda quàm tertia dilatione.

ARTICVLVS. 51.

Item & si supra articulo. 9. huius rubr. dictum sit omnes articulos esse admittendos, cum clausula, saluo iure. & c. tamen id intelligimus, nisi in casibus in quibus per præsentia statuta ordinatum esset.

¶ Quod si aliquis in iudiciũ vocatus suspectus appareat, deti

neatur donec cautionem ,vel pignora dederit.

RVBRICA. 10.

ARTICVLVS 1.

Statuimus , quod ſi debitor in ius vocatus coram iudice,vel coram viguerio, aut eorum locumtenentibus, quomodocumque cauſa cognita ſuſpectus appareat, carceretur, nec relaxetur, donec præſtiterit de ſtando iuri idoneum fideiuſſorem,vel pignora,pro debiti quantitate arbitrio ſupradictorum ſufficientia conſignauerit.

ARTICVLVS 2.

Adiicientes,quod iudex nullum extra neũ carcerandũ mandet, ad cuiuſuis inſtantiam,ſine ſubmiſſione,aut niſi priùs idonea cautione præſtita de ſtando iuri pro omni damno, expenſis, ac iniuria, quæ indebitè carceratus ſuſtinuerit, ac paſſus fuerit: vbi autem prędicta cautio præſtari non poſſet, iuratoria ſufficiat.Quod ſi iudex requiſitus de extra-

neo carcerando forma ſupradictá obſeruata, id facere recuſauerit, aut plus æquo diſtulerit, creditori habitatori auenionis eundem extraneum capere, & ad carceres ducere permittimus, forma ſupradicta obſeruata.

ARTICVLVS. 3.

Et idem intelligimus de rebus debitoris hîc inuentis.

De apocha iudicis, & notarij.

RVBRICA. 11.

ARTICVLVS. 1.

Teneantur omnes iudices, tàm ordinarij quàm delegati, etiam apoſtolici, in receptione proceſſuum, & aliorum quorumcunque actorum, & productorum, facere notario cauſæ cautionem ſeu apocham de recepto, cum expreſſione anni & diei, aut ſaltem ſe ſubſcribere apochę per notariũ ſcriptæ. Et notarius antequàm prædicta tradat iudici prædicto, teneatur dictã cautionem exigere, & ſi non exigat, & perdantur pro-

cessus, seu acta & producta, notarius teneatur partibus ad id quod interest: & si cautio exigatur à iudice, & apud eam deperdantur supradicta, ad id quod interest, iudex teneatur. Quę locum habeāt in aduocatis, & procuratoribus.

ARTICVLVS. 2.

Et cautionem similem faciat notarius secundæ, & aliarum instantiarum, notario præcedentium instantiarum, processus, seu acta, & producta, tradenti, & expedienti.

ARTICVLVS. 3.

Teneatur etiam notarius statim lata sententia, processum seu acta, & producta à iudice prædicto recuperare.

¶ De fide & recognitione īstrumētorū.

RVBRICA 12.

ARTICVLVS. 1.

Instrumenta & alia acta, & documēta per quemcumque notarium sumpta, si in calce illorum adsit testimonium curiæ, loci domicilii dicti notarii per iudi-

cem ſubſcriptum,& ſigillo eiuſdem curiæ munitum, quod dictus notarius qui dicta documenta ſumpſit, eſt notarius publicus, vel pro tali habetur, eiuſque ſcripturis, tàm in iudicio, quàm extra, fides adhibetur, plenam fidem faciant, dũ modo ipſa documẽta, vel teſtimonium aut ſigillum recognoſcãtur per partem, contra quam producuntur, vel eius procuratorem, aut teſtes. Quæ ſi non recognoſcantur, detur congrua dilatio ad probandum ſecundum diſtantiam locorum, vbi erit facienda probatio.

ARTICVLVS. 2.

Item ſi producta fuerint inſtrumenta aut alia acta & documenta, à quibuſcũque notariis ex propriis, vel alienis ſcripturis extracta, teneantur ipſi notarii, vel alii dictas ſcripturas habẽtes, notam originalem parti, vel eius procuratori legere, aut legi permittere, & collationem cũ originali facere volenti, exhibere expenſis petentis.

ARTICVLVS. 3.

Item quod instrumenta, seu testimoniales, aut alia acta & documenta excedentia tempus sexaginta annorum, non recognoscantur, sed plenam fidem faciant, dummodo signum & subscriptionē alicuius asserentis se notariũ habeát.

De literis Cambij, apochis, & aliis scripturis priuatis recognoscendis, & forma ipsarum literarum cambii, & illarum executione.

RVBRICA. 13.

ARTICVLVS 1.

Statuimus, quod si quis citatus non in domicilio, sed personaliter ad recognoscendum literam cambii, apocham, vel aliam scripturam priuatam, cum dimissione copiæ tabellionatæ, non comparuerit per se, vel procuratorē ad id speciale mandatum habentem, intimetur eidem, quod nisi intra diem immediatè sequentem recognouerit, habebuntur

pro confeſſatis, abſque alia iudicis declaratione, dũmodo fiat dicta intimatio in perſonam, per duos curſores aut duos ſeruientes, cuius intimationis relatio notario cauſæ, ſeu eius ſubſtituto approbato fiat. Si verò probetur debitorem, vt creditores fraudet, latitare, citetur prout ſupra, in rub. 2. huius libri de citatione, articulo ſecundo, hoc addito ꝙ fiat dicta citatio per duos curſores, vel ſeruientes, quo non cõparente præmiſſa intimatio fiat per tiletum foribus domus habitationis debitoris, per duos curſores, vel ſeruientes affigendum. Quæ citatio & intimatio tantam vim habeãt, ac ſi in perſonam factæ fuiſſent. Et ſi cõparuerit, teneatur dictas ſcripturas confiteri, vel negare, antequàm à cõſpectu iudicis recedat, abſq; eo quod poſſit, quoad hoc declinare forũ pœna arreſti, vel carceris, qui ſi per diem dictę comparitionis, arreſtum vel carcerem ſuſtinuerit, habeantur pro confeſſatis,

abſque alia iudicis declaratione.

ARTICVLVS. 2.

Et ſi dictas ſcripturas ſcripſiſſe confeſſus fuerit, illas habere, & importare hypothecã, à die recognitionis volumus: ſi verò illas negauerit & creditor illas ꝓbauerit, habeãt ẽt & ĩportẽt hypothecã à die negationis: quod locũ habeat ẽt in ꝑdictis ſcripturis ex pręcedenti ſtatuto ꝓ cõfeſſatis habitis, à die qua pro cõfeſſatis habitę extiterũt. Si autẽ dictas ſcripturas ſcripſiſſe cõfeſſus fuerit, nõ approbãdo in eis cõtẽta, ſeu numerationẽ pecunię negando, & creditor illam probauerit, habeant etiam & importẽt hypothecam à die confeſſionis prædictæ.

ARTICVLVS. 3.

Quia pendente termino ſolutionis, qui dictas ſcripturas ſcripſit, mori poſſet, quo caſu non niſi difficulter probatio dictę ſcripturæ fieri poſſet, ſtatuimus, vt creditor poſſit cogere debitorẽ, vel alium qui dictas ſcripturas ſcripſit,

vt etiam pendente tempore ſolutionis, eaſdem ſcripturas recognoſcat, ſub pœna & qualitate ſupra in præcedentibus articulis huius rubricæ expreſſis: ſi autem ante recognitionem dictarum ſcripturarum mortuus fuerit, qui dictas ſcripturas ſcripſit, habeant nihilóminus & importẽt hypothecam dictę ſcripturę, à die recognitionis illarum debitè & legitimè factæ.

ARTICVLVS 4.

Item quod literæ cambii recognitæ, etiam citra approbationem in eiſdem contentorum, mandentur etiam executioni per omnẽ viam executiuam, poſt terminum ſolutionis faciẽdæ elapſum, & aliæ ſcripturæ priuatæ vt ſupra articulo. 1. & 2. recognitæ, vel pro recognitis habitæ, mandentur executioni ſecũdum vires & tenores illarum.

ARTICVLVS. 5.

Declarantes literas cambii eſſe eas, in quibus ſit expreſſa mentio literarũ cam

bii, siue ad ipsummet scribentem, aut subscribētem, vel ad alium dirigantur.

ARTICVLVS. 6.

Si verò prædictus debitor sit absens à ciuitate & eius territorio, procedatur vt supra hoc lib. rub. 2. art. 2. si aliundè quám a responsione principalis recògnitio fieri possit, si verò sit absens cum tota familia, & recognitio fieri possit aliūdè, quam à respōsione principalis, procedatur vt in dicta rubr. artic. 3.

ARTICVLVS 7.

Et præmissa locum habeant in hęrede debitoris ac creditoris excepta detētione & arrestatione personę hæredis debitoris, nisi de ea in dictis literis et scripturis expressa mentio fieret, & in præmissis etiam locum habeant cōtenta infra, rub. 17. de executione īstrumētorū.

De moderatione inhibitionum.

RVBRICA. 14.

ARTICVLVS 1.

Statuimus quod in causis inhibitionū,

veluti,cancellationis instrumenti, recisionis cõtractus, & aliis quibuscumque causis, in quibus fit inhibitio authoritate cuiuscũque iudicis, tàm ordinarij, quàm delegati,etiam apostolici,inhibitus post tres menses à die inhibitionis vti possit iuribus suis, facta priûs apud notariũ executionis obligatione,in bona forma de restituẽdo exacta,& de soluendo oẽs expensas,& oĩa damna,& id quod intererit in casum succumbentiæ, nulla oppositione, appellatione, inhibitione, & nullitate obstantibus, citra tñ illarum præiudicium.

ARTICVLVS. 2.

Præmissa tamen locum non habeant, si debitor intra dictum tempus sententiam super dictis causis pro se obtinuerit, aut per se non steterit, vt quia debitor obtinuit intra dictum tempus deferri processum iudici ad ordinandum diffinitiuè in dictis causis, quo casu volumus expectari sententiam, quæ si fera-

tur in fauorem debitoris, dicta in primo articulo. in fauorẽ creditoris, locũ nõ habeãt: si verò feratur in fauorẽ creditoris, idẽ creditor vtatur iuribus suis, nõ solũ quoad debitũ principale, sed etiã quoad interesse, absque aliqua obligatione & cautione, nulla appellatione, inhibitione, & nullitate obstante, citra tamen illarum præiudicium, quod quidem interesse declaramus & liquidamus ad rationem septẽ pro cẽtenario pro vnoquoq; anno, à die inhibitionis prędictæ saluo maiori interesse per creditorẽ probãdo.

ARTICVLVS. 3.

De dictis tamẽ tẽporibus, subduci volumus omnia tempora, quibus durantibus aliquid per creditorem in dictis causis gestum fuerit, nec non dies feriatos in honorem dei.

ARTICVLVS. 4.

Item prohibemus, ne cuiquam liceat post priores inhibitiones, alias impetrare ab eodem, vel alio quocumque iudi-

ce:quod ſi ſecus factum fuerit, dictis ſecundis inhibitionibus non obſtantibus poſſit creditor vti iuribus ſuis. ART 5.

In cauſis verò iactantiarum, & inhibitionum de non aliô trahendo inhibitionem obtinentem, poſſit inhibitus nõ obſtante inhibitione, ad libitum experiri de iuribus ſuis, coram quocumque iudice competente, & alio notario ſcribente. ARTICVLVS. 6.

Quia verò ſupradictæ inhibitiones fiunt ſepiſſimè creditoribus, tẽpore quo ipſi creditores iam ceſſerunt, aut in ſolutum dederunt eorum debita, ita quod nõ obſtantib9 dictis inhibitionibus, debitores per ceſſionarios indebitè vexãtur & moleſtãtur, ideò ſtatuimus quod ſupradictæ inhibitiones afficiant, & ligent etiam eorundem creditorum ceſſionarios, aut in ſolutum datarios, ſi ante intimationem dictarum ceſſionum, aut in ſolutum dationum, dictæ inhibitiones factæ fuerint, præmiſ-

ſa autem omnia in hac rub. contenta, trahi volumus etiam ad preterita.

De compromiſſis.

RVBRICA. 15.
ARTICVLVS 1.

In omnibus cauſis non liquidis inter conſanguineos, vſque ad tertium gradū incluſiuè, ſecundum iuris canonici com putationem, & inter ſocerum, generum, ſocrum, nurum, priuignum, nouercam, & inter alios affines primi gradus, ac in ter communitatem præſentis ciuitatis, & illius habitatorem, ad requiſitionem vnius partis, teneatur altera compromittere in quacumque parte litis, vſq; ad concluſionem in cauſa principali excluſiuè, in arbitros & arbitratores, vnū vel plures, numero tamen impari, per partes eligendos: quæ ſi in electione ter tij, vel quinti, diſcordes fuerint, cogat eas iudex vt plures nominent, quibus fidant, & qui ab vtraque parte nominabitur, is tertius, aut quintus ſit. Quod ſi

negotium diutius differatur, iudex tertium, aut quintum, ex non suspectis eligat. Et si partes non cõueniant de tempore, intra quod compromissum terminari debeat, tunc eisdem compromissariis tenore presentis statuti, dentur duo menses. Et possint dicti compromissarii seu maior pars eorum, compromissum prorogare ad vnum mensem; & in hac causa compromissaria procedatur nullo iuris ordine seruato, teneanturque partes compromittere in loco iudicii.

ARTICVLVS 2.

Qui quidem arbitri & arbitratores possint de facto procedere, & de iure tã tum decidere, nisi partes consentiant, ꝗ. ẽt de facto decidere possint, ijdemque arbitri & arbitratores possint super materia reconuentionali procedere, etiam quod de ea non sit facta mentio in cõpromisso, nec nõ assignare, vel citari facere partes, seu earũ procuratores, testesq;, & à dictis testibus iuramentum exige-

re,illosque examinare,aut examen com mittere. Et maior pars dictorum compromissariorum possit procedere vsquè ad laudum seu sententiam arbitramentalem inclusiuè, etiam absentibus aliis, dummodo vocati fuerint.

ARTICVLVS. 3.

Quod si intra dictum tempus ijdem compromissarii eorum laudum non tulerint,non cogantur partes iterum com promittere.

ARTICVLVS. 4.

Adiicientes quod acta coram eisdem compromissarijs facta, probēt etiam in iudicio inter eosdem compromittētes, & eorum hæredes,& successores quoscumque, ac valeant dicta compromissa facta cum pœna,vel sine pœna,&ex eis detur actio & exceptio.

De executione sententiæ & laudi vel arbitramenti.

RVBRICA 16

ARTICVLVS. 1.

Statuimus quod omnes sententiæ tàm deffinitiuæ quàm interlocutoriæ, in rē iudicatam transactæ, mandentur executioni per vltimum iudicem, etiam delegatum apostolicum, sine alia delegatione seu commissione, absque aliquorum terminorum obseruatione, & sententiæ desertoriæ prolatione, ac nullo iuris ordine seruato, & feriis quibuscunque nō obstātibus, dummodo non in honorem dei, excepta curia sācti Petri, in qua executio sententię ad primum iudicem pertineat, sub tamen modis & formis prædictis.

ARTICVLVS 2.

Item ordinamus, quod omnia arbitria & arbitramenta, si ab eis non fuerit recursum, intra decem dies, transeant in rem iudicatam, & executioni demandentur, per iudicem ordinarium præsentis ciuitatis, secularem vel eccle-

ſiaſticum, ſecundum qualitatem illius, contra quem debet fieri executio.

ARTICVLVS. 3.

Iudex qui ſententiam, arbitrium, arbitramẽtum, vel laudum exequitur, teneatur ad partis victricis inſtantiam, ſeu eius heredis, etiam quod non fuerit antè probatum eum eſſe heredem (dũmodo poſteà aduerſario opponente, probetur) ſine aliqua citatione mandare præcipi victo, ſeu eius heredi, quod ſoluat aut adimpleat in ſententia, ſeu laudo cõtenta, intra octo dies, aut alium terminum, arbitrio iudicis ſtatuendum. At ſi is, cui tanquàm heredi, preceptum fuerit, vt ſoluat, vt ſupradictum eſt, ſe eſſe heredem negauerit, obtinens pręceptũ probet eum heredem eſſe, ſi contra eum executionem continuare velit, ſi tamen differat declarare ſe heredem eſſe, in expenſis propterea factis condemnetur.

ARTICVLVS 4.

Item quod omnis iudex delegatus, e-

tiam apostolicus, ac priuilegiorum conseruatores possint in executione rei iudicatæ vti omnibus remediis, & viis executiuis, quibus vtuntur iudices seculares: & si non habeant carceres, nec seruiētes, aut cursores proprios, vti possint carceribus, cursoribus, & seruientibus eorum, quorum sunt delegati, aut iudicum ordinariorum huius ciuitatis.

ARTICVLVS. 5.

Item si is, cui præceptum fuerit de soluendo, vel adimplendo, non soluerit, vel adimpleuerit, quod sibi præceptum fuerit, carceretur vel arrestetur, aut pignoretur arbitrio petentis executionem: & si eligatur pignoratio, fiat in bonis mobilibus, vel immobilibus, aut nominibus debitorum, ad electionem petentis executionem: & si se opponat aduersus pignorationem, arrestari etiam vel carcerari possit. Quod si à carcere vel arresto inceptum fuerit, & per octo dies sustinuerit, etiam pignoretur, appellatio-

ne, inhibitione, & nullitate non obstãtibus.

ARTICVLVS. 6.

Quia sepè contingit pendente lite, expensas iudiciales peti ante latam sẽtentiam, statuimus, quod pro dictis expensis nulla fiat executio, nisi priùs illis parte vocata, seu eius procuratore, taxatis. Quarum quidem expensarum, si visio petatur, ea cum dilatione octo dierum concedatur, qua elapsa, si nihil iuridicũ in contrarium dictum fuerit, dictę expensæ taxentur, non obstante appellatione, & inhibitione, citra illarum præiudicium.

ARTICVLVS 7.

Nulla in quacũque causa, à quoquam executio peti posſit, nisi electo domicilio, vt supra in rubrica de electione domicilii, aliâs sit nulla, & nullius effectus: & si de facto contra formã presentis statuti carceretur, relaxetur etiam parte non vocata.

De executione instrumentorum.

RVBRICA. 17.

ARTICVLVS. 1.

Omnia inſtrumenta liquida, ſeu illorum teſtimoniales, executioni demandentur, ſecundum vires & tenores illorum, ad inſtantiam creditoris, eius hæredum, & cuiuſcumq̃ue cauſam habentis ab eo, ſiue ab eius heredibus, contra obligatum in inſtrumento, vel eius bona, nulla citatione vel intimatione pręcedente, ēt nondum probatis medijs, neceſſariis ad obtentionem dictæ executionis, dummodo poſteà probentur dicta media, ſi dicta executio, defectu dictorum mediorũ, impugnetur: & hoc infra octo dies à die impugnationis inchoandos, quibus elapſis nõ facta probatione, relaxetur executus, appellatione & inhibitione non obſtantibus, quãuis cauſa dictorum inſtrumentorũ fuerit per viam ordinariam inchoata: Et electa vna via executiua non fiat alteri præiudicium, ſed ſimul intentari & cu-

mulari poſſint.

ARTICVLVS 2.

Itidem mandentur executioni inſtrumenta prædicta, contra hæredem debitoris, quoad bona defuncti, necnon quoad bona ipſius hæredis, niſi heres hæreditatẽ adiuiſſet cum beneficio legis & inuentarii, quod procedat etiam quod tẽpore executionis non fuerit probatũ illum, contra quem petita fuit executio, eſſe heredem debitoris, dummodo poſtea probetur vt ſupra:

ARTICVLVS 3.

Item licet inſtrumenta ſeu eorum teſtimoniales, quibus carcerationes, & aliæ executiones, à iudicibus obtinẽtur, in iudicio non producantur, nec recognoſcantur, nihilóminus valeant dictæ obtentiones, & executiones, perinde ac ſi dicta documẽta fuiſſent ab initio producta, & recognita, dummodo notarius executionis atteſtetur conſtare de ſubmiſſione, & requirente parte aduerſa,

producantur,& recognoſcantur, in qua recognitione ſufficiat teſtes deponere, ſe cognoſcere ſcripturam, & perſonam notarij in dictis documẽtis ſubſignati, abſque eo quod dicant ſe vidiſſe, fieri dictam ſcripturam.

ARTICVLVS. 4.

Item ſi in vim dictorum documentorum contingat precipi alicui carceres, mandato alicuius ad id poteſtatem habentis, teneatur is, cui precepti fuerint carceres, obedire intra diem, quo precepti fuerunt carceres, ſub pœna arbitrio iudicis imponenda, nonobſtantib⁹ inhibitione,& appellatione, ac nullitate, citra tamen illarum præiudicium.

ARTICVLVS. 5.

Quoniam in literis executionis inſtrumentorum, ſeu teſtimonialium, executionem habentium, fieri ſolet diſtinctio bonorum mobilium & immobiliũ, quę diſtinctio potius nocet impetrantibus illas literas, quàm profit, ideo ſtatui

mus, vt posthac dictæ literę concipiantur, nullo bonorum mobilium & immobilium delectu habito, sed sub nomine bonorum tantùm, ita vt postea liberum sit fieri executionẽ in bonis mobilibus, vel per se mouẽtibus, aut immobilibus, vel iuribus, & actionibus, ad creditoris voluntatem. Quod procedat etiam si literæ essent aliter conceptæ & compositæ, quàm supra statutum est.

ARTICVLVS 6.

Prædictæ executiones, valeant factæ diebus feriatis, etiam in honorem dei.

De executione depositi.

RVBRICA. 18.

ARTICVLVS 1.

Si appareat de deposito, per quamcũque scripturam publicam, vel priuatam recognitam, aut per confessionem iudicialem, vel extraiudicialem, teneatur depositarius etiàm priuilegiatus, huiusmodi depositum restituere in crastinũ diei requisitionis, alioquin contra eum

fiat executio, per captionem bonorum, & personæ etiam infra domum propriam, præcedente electione domicilii, quę locum habeant in herede depositarii, excepta detentione, & arrestatione personali. ARTICVLVS. 2.

Nulla deposita fieri posſit in manibus notariorum, ꝓcuratorum, aduocatorũ, ac solicitatorũ, & aliorum officialium curiarum ciuitatis, quæ si fiãt nullum pariant effectũ, & nihilóminus teneantur apud alium, per iudicẽ nominandum, illico deponere.

De executione relictorum in testamento.

RVBRICA 19.

ARTICVLVS. I.

Oĩa legata liquida in rebus mobilibus vel per se mouẽtibus cõsistentia, relicta in testamento, aut codicillis, vel aliis vltimis volũtatibus, adita hereditate, per heredẽ post decem dies à die requisitionis iudicialiter vel extraiudicialiter fa-

ctæ,habeant executionem paratam cõtra heredem,& bona defuncti, ac ipsius heredis non adeuntis hereditatem,cum beneficio legis & inuentarii, modo, & forma expressis supra, in rubrica de executione instrumentorum: legata verò rerum immobilium similiter liquida,etiam habeant executionem paratã, per missionem in possessionem rei legatæ.

In quibus rebus quis pignoratus eas recuperare posSit.

RVBRICA 20.

ARTICVLVS. 1.

Statuimus,licitum esse pignoratis, in quibúsuis animalibus,eadẽ pignora recuperare,alia bona mobilia æquiualentia subrogãdo:& si aliquis sup subrogatis se opponat,debitor carceretur,& ibî detineatur, donec animalia recuperata restituerit.Quod si opponens succũbat, teneatur omnia damna,interesse, & expensas soluere,& iniuriam carcerato ar-

bitrio iudicis reficere. Quæ de recuperandis animalibus pignoratis locum nõ habeant, in extraneis & forensibus, quibus fraudem forsitan committentibus, creditori non tàm facile succurri potest

ARTICVLVS. 2.

Itẽ in pignorationibus bonorum immobilium, si domus habitationis capiatur, & debitor alia pignora subrogauerit ęquiualentia, executio fiat in subrogatis: quod si aliquis super subrogatis se opponat, creditor prosequi posit executionem in domo iam inchoatam.

¶ De rebus captis pro aliqua executione, ad incantũ publicũ licitandis.

RVBRICA. 21.

ARTICVLVS. 1.

Si contingat fieri executionem in bonis mobilibus, vel per se mouentibus, pignoraq́ue capiantur, reponãtur apud aliquem idoneum cum debita descriptione per notarium pignorationis faciẽda, & designatione qualitatũ ipsorum

pignorum, ac ponderis & mensuræ eorum, quę ad pondus vel mensuram vendi solent, & cum obligatione recipientis dicta pignora, de illa exhibendo & restituendo, quoties à iudice preceptum fuerit, inhibentes notariis, seruiẽtibus, cursoribus, & aliis quibuscunque officiariis curiarum, ne posthac dicta pignora in domum suam deferant: & facta dicta pignoratione, etiàm nulla ad id pignorati citationẽ præcedente, citetur pignoratus, iuxta formam traditam suprà in rub. de citatione, ad videndum pignora capta, poni ad incantum publicũ, & plus & vltimo offerẽti liberari. Cui quidem pignorato comparenti per se, vel procuratorẽ legitimũ, & se dictæ pignorationi opponẽti, terminus octo dierum ad deducendas causas suæ oppositionis, vel ad luendum dicta pignora, assignetur, quo elapso, si aliquid deductũ fuerit, admittatur ad probandum cum vnico termino arbitrio iudicis, iuxta

diſtantiam locorum, vbi erit facienda probatio præfigẽdo, ſuper quibus ſi ſuccumbat, poſſit cõtinuari executio, vſq; ad integralem executionem, forma infra ſcripta, nõ ſolum quoad debitũ principale, ſed etiam quoad intereſſe. Quod declaramus & liquidamus, prout ſupra articulo ſecundo rub. de moderatione inhibitionũ, à die prediċtę oppoſitionis nonobſtante appellatione, inhibitione, & nullitate, citra illarum præiudicium, preſtita tamen priùs obligatione, in forma cameræ, de reſtituendo in caſum ſuccumbẽtiæ exaċta, & id quod intererit. Si verò nihil deduċtum fuerit, licitẽtur pignora capta, hora prima poſt meridiem, in loco cambiorum, quoad ornamenta ex ſerico, & monilia ſeu iocalia tàm argentea, quàm aurea, ac lapides præcioſos. Quo verò ad libros & animalia, in platea ſanċti Petri, & quoad cetera in loco vulgo diċto la pollacerie, pręcedente tamen proclamate publico per

quadriuia, & loca designata supra lib. primo rub. xiiij. de subhast. art. 5. hora nona matutina diei antecedentis incantum, quod dicta bona capta, tali loco, sub hasta publicè licitabuntur, hora prima post meridiem diei proximè sequẽtis, & vnico incantu plus & vltimo offerenti liberabuntur, Et quoad dictũ proclama, horam, locum, & alia prędicta, stetur relationi officialis, & executoris, notario causæ faciendæ, & per eum in àctis scribendæ.

ARTICVLVS 2.

Si verò in bonis immobilibus fiat pignoratio, tunc citetur pignoratus, vt supra ad videndum poni ad incantum publicum: qui si se opponat, procedatur, vt supra, articulo precedenti, & si succumbat etiam procedatur, vt ibi dicitur: hoc addito quod hìc fiant tres incantus, cum interuallo decem dierum in singulo incantu, absque alio iudicis decreto. Et in vltimo incantu fiat liberatio plus & vl-

timo offerenti, niſi aliter iudici videatur, propter præcii auctionem nulla appellatione, inhibitione, & nullitate obſtante, citra illarum præiudicium, quę liberatio intimet' pignorato, aut eius procuratori in cauſa comparenti, ſeu curatori ſuper hoc deputato: qui debitor ſi à die intimationis infra vnum menſem, debitum pro quo dicta res ad incantum poſita, capta fuit, expenſaſque in dictis executionibus factas, & per iudicem aut alium eius mandato taxatas, dicto creditori aut aliis creditoribus, ſi ſe oppoſuerint, ſoluerit, prędicta liberatio habeatur perinde, ac ſi facta non fuiſſet, nec interim emptor rei liberatæ expediat precium dictæ liberationis, nec laudemium ſoluat: dicto autem menſe lapſo præmiſſis non factis nec obſeruatis, emptor teneatur ſtatim de præcio dictæ liberationis ſoluere dictis creditoribus, prout per iudicē ordinabit' per oēm viam executiuā. Et ſi quid ſu-

persit, possit per debitorem exigi ab emptore etiàm via executiua

ARTICVLVS 3.

Teneatur creditor, cui soluentur dictæ pecuniæ in actu solutionis, cedere emptori rerum ad incantum publicum venditarum iura sibi competentia, sub rebus emptis tàm ratione pecuniæ per eum receptę, quàm expensarum predictarum, etiam quod emptor in eadem solutione non sit præsens notario pro eodem stipulante.

ARTICVLVS 4.

In omnibus executionibus si tertius se opponat tanquàm creditor, non audiatur ad impediendum vẽditionem pignoris, saluo iure suo, super pecunia ex pignore redigenda. Si verò se opponat tanquàm dominus, vel quasi, aut tanquàm possessor, vel quasi, audiatur, eiq; visio omnium decernatur, cum termino octo dierum ad deducendũ de iure suo: quo elapso, si nihil deductum fuerit

cõtinuetur executio. Si verò aliquid deductum fuerit, admittatur ad probandũ cum vnico termino, arbitrio iudicis iuxta distantiam locorum, vbi erit facienda probatio, pręfigẽdo, super quibus si succumbat, possit continuari executio vsq; in finẽ: nõ obstãtibus appellatione, inhibitione, & nullitate, citra illarum preiudicium, prestita priùs obligatione in forma cameræ, de restituendo in casum succumbẽtiæ exacta, & quod intererit: & dictus opponens & succumbens teneatur dicto creditori obtinenti pignorationem ad interesse, ad rationem septem pro cẽtenario, pro vnoquoq; anno à die oppositionis incohando.

ARTICVLVS. 5.

Item quia sæpè contingit fieri executiones prędictas, pro arreyragijs debiti annui super prædiis, quorum proprietates si alienẽtur, magno damno afficientur creditores, ideo statuimus, vt pro dictis debitis, creditores possint obtinere

fructus vel vſusfructus dictorum prædiorum ad incantum publicum licitari, & liberari, etiàm inuito debitore, pro tot annis, quod ſufficiat pro ſolutione ar reyragiorum prędictorum & expenſarum, dummodò non vltra nouē annos: aut proprietatem ipſam, ſub dicto annuo debito, quoad prædia libera & franca: pro alijs quoque debitis poſſint etiā vſusfructus vendi, vſque ad nouem annos, pro ſolutione debiti & expēſarum. Et facta dicti vſusfructus venditione, dictum prædium tempore eiuſdē vſuſfructus durante, ad inſtantiam alterius creditoris, pro pignore nō capiatur, nec vendatur, niſi prius debitoris facta diſcuſſione, ſi res ad inſtantiam prioris creditoris capta fuerit, vel ſaluo dicto vſufructu, ſi inſtante poſteriore creditore dicta res capta fuerit.

ARTICVLVS 6.

Item quia ſepè dubitatur, an is cui res ad incantum publicum poſita, liberata

fuit, ad ſolutionem præcij cogi poſſit, ideo ſtatuimus, vt poſthac ex tali liberatione, etiam facta aliis de cauſis, quàm ſupra expreſſis, oriatur obligatio & actio, & inſtante creditore, vel alio ad incantum publicum ponente, ſoluere cogatur is, cui res prædicta liberata fuerit etiàm via executiua.

ARTICVLVS 7.

Item ſtatuimus, creditorem poſſe licitari ſuper rebus ad incantum publicũ poſitis, vel pro ſe ſolo, vel pro alio ſolo, aut pro ſe & alio copulatiuè, vel alternatiuè in liberatione nominando, dummodo nominatus ſit ſoluendo, & intra duos dies à die nominationis acceptet, aliâs nominans ſolus & inſolidũ teneatur, & cogatur, etiam via executiua vt ſupra in præcedentibus articulis.

ARTICVLVS. 8.

Si contingat aliquem licitari, eiq́ue liberari qui ſoluendo non ſit, iterum periculo eius licitetur, & ſi minori pręcio

liberetur, quod minus fuerit, per eum resarciatur, cum expensis via prædicta executiua, qui si nec in hoc soluendo sit, pœna fustigii plectatur, vel alia arbitrio iudicis.

ARTICVLVS. 9.

Item si tempore quo continget fieri liberationem rei, in incantu publico, creditore aliquo instante, positæ, idem creditor vltimo licitatus fuerit, tunc dicta res eidem creditori liberetur, quæ liberatio vim dationis in solutum habeat, pro pręcio per eundem creditorem oblato, in diminutionem debiti, si ad id non ascendat. Si verò dictum præcium excedat debitum, solutis omnibus expensis necessariis, residuum tradatur debitori etiàm via executiua, pro vt supra in præcedenti bus articulis.

ARTICVLVS. 10.

Item pendentibus incantibus, vt qui empturus est, securus sit, eiusque indemnitati vt decet, quantum fieri potest

consulatur, iudex ex officio mandet pro clamari voce præconis tàm hîc, quàm alibi, quod quicumque prætendens habere ius in & super dicta re ad īcātū posita, cōpareat intra duodecim dies à die proclamationis, vel aliā maiorē dilationem arbitrio iudicis statuendam, secundum locorum distantiam, & de iure suo ostendat, aliâs sit exclusus a iure suo super dicta re, quæquidem proclamatio afficiat omnes pręsentes in loco, vbi dicta proclamatio facta extiterit, ac eos qui aliâs de pręmissis notitiam verisimiliter habuerint, vel habere potuerint. Quod habere locū volumus in alio quocumque licitatore, & aliò quocumque emēte rem in incantu publico, & idem sine incantu cōsentiente venditore.

ARTICVLVS. II.

Item teneatur & debeat subhastator rerum feudaliū vel emphiteotecariarū, censum, & illarum dominum directum in præconiis exprimere, si sciri possit.

ARTICVLVS. 12.

Item si pignoratus non possit propter suam absentiam citari, ad vidēdum rem pro pignore captam, poni ad incantum publicum, procedatur prout supra in rubrica de citatione artic. 2. & 3.

ARTICVLVS. 13.

Item quia notarii solēt describere nomina & cognomina illorum, quibus res positæ ad incantum publicum liberantur, ac illarum præcium, super quo dubitari possit, an dicta scriptura fidē faciat, ex quo testes non adhibentur, nec fiunt coram iudice, ideò statuimus, vt expensis parcatur, quod dictis scripturis in pręmissis plena fides adhibeatur.

ARTICVLVS. 14.

Item licet satisfieri possit creditori de fructibus rei hypothecatæ penes ipsum creditorem existentis, nihilóminus antequàm fuerit satisfactum de fructibus in totum vel in parte, possit idem creditor dictam rem ad incantum publicum

vendi facere, vt indè sibi satisfiat.

De deneganda audientia actori extraneo seu forensi, articulis vel interrogatorijs non respondenti.

RVBRICA 22.

ARTICVLVS. 1.

Statuimus, quod si reus instet, vt actor forensis respondeat suis interrogatorijs litis p̄paratorijs, vel suis articulis, curet procurator dicti actoris, vt idem actor intra terminum à iudice statuendum respondeat cum iuramento per se, vel procuratorem ad id speciale mandatum cũ iuramento habentem, aliâs non audiatur, donec sufficienter cum iuramento responderit.

De appellationibus recipiendis.

RVBRICA. 23.

ARTICVLVS. 1.

Statuimus, quod à sententia diffinitiua, vel vim diffinitiuę habēte, lata à quocunque iudice, tàm ordinario, quàm de-

legato, etiam apostolico, appellari possit etiam ex interuallo, & absque scriptura, & apostolorum petitione, intra tamen tempus legitimum.

ARTICVLVS. 2.

Si tamen petantur apostoli, erit in facultate iudicis captare terminum ad dādum apostolos, quo pendente possit appellans, introducere suam appellationem & facere inhiberi: & nihilominus appellans compareat in termino dato ad recipiendum apostolos, illosque petat: & si iudex det alium terminum ad recipiendum apostolos, appellans nō teneatur amplius comparere, sed prosequatur suam appellationem: quod etiā locum habeat in appellatione ab interlocutoria his casibus, quibus licet per huiusmodi statuta ab eadem appellare.

ARTICVLVS 3.

Per præsens statutū in diffinitiua sententia, vel habēte vim diffinitiuę, in prę senti ciuitate lata, à die interpositæ ap-

pellationis,intelligatur aſsignatus terminus appellanti quindecim dierum ad introducendum appellationem in preſenti ciuitate,& trium menſium ad introducendum in vrbe, ſine aliquo iudicis decreto. Et ſi iudex aſsignauerit terminũ ſtylatũ, ĩtelligãtur p̃dicti termini reſpectiuè aſsignati: quibus terminis reſpectiuè elapſis,ſi appellatus non fuerit, inſtante appellante,ſeu eius procuratore inhibitus,ſeu citatus, authoritate iudicis dictæ appellationis, poſsit petere ſententiam mandari executioni:eáque executioni mandetur, niſi appellans faciat inhiberi per iudicem appellationis.

ARTICVLVS 4.

Appellans coram iudice appellationis,aut eius commiſsario teneatur facere fidem de appellatione & introductione intra ſex dies, à diè, quo appellatus negauerit fuiſſe appellatum, aut introductum.Quod ſi nõ fecerit,iudex tollat inhibitiones,& remittat cauſam,niſi ſi-

bi videatur alteram tantùm concedere dilationem.

ARTICVLVS 5.

Et facta fide de appellatione & introductione in forma legitima, per relationem notarii, aut exhibitionem notæ, si petat, vel alio modo legitimo, si appellatus contra iudicis personam, vel contra appellationem aliquid opponere voluerit, habeat terminum sex dierum: quibus elapsis, si nihil iuridicum deductum & allegatum fuerit, iudex pronunciet se iudicem competentem. Et pronunciando simpliciter, intelligatur pronunciasse, salua non deuolutione, vel renunciatione tacita vel expressa appellationis.

ARTICVLVS. 6.

His peractis, nulli alii termini in causa appellationis seruari soliti teneãtur, imò sublati esse intelligantur, sed teneatur appellans acta iudicis, à quo inte

gra portare intra bimestre à die appellationis introductæ:& hoc quoad appellantem ab aliquo iudice, tàm ordinario, quàm delegato etiam apostolico, in comitatu venayssini, ad ciuitatem Auenionis, Quo verò ad appellantem ab aliquo iudice etiam delegato apostolico, in dicta ciuitate, ad eandem ciuitatem portentur acta prædicta infra mensem, à die appellationis introductę. Quibus terminis respectiuè elapsis, & non portato processu seu actis prædictis, iudex tollat inhibitiones, & remittat causam, nisi velit alterum tantum terminum arbitrio suo dare.

ARTICVLVS 7.

Et si notarius primę vel vlterioris instantiæ, integrum processum intra mensem in ciuitate Auenionis, bimestre in comitatu venayssini, à die requisitionis factæ per appellantem, sibi satisfacto in parte tempore requisitionis, & in toto reliquo, tempore expeditionis, non ex-

pediuerit, cogatur via executiua intra octo dies expedire: quod si non expediuerit, teneatur ad id quod interest, si propterea appellatio efficiatur deserta.

ARTICVLVS. 8.

Et nihilóminus liceat appellato, quandocumque inhibitione facta, prçuenire appellantem in portãdo processum, seu acta integra.

ARTICVLVS. 9.

In causis euocationis dictæ appellationis, si processus non sit adhuc portatus ad iudicem ad quem, seruetur, quod supra dictum est. Si vero sit iam portatus, tunc impetrans euocationem, teneatur illum portare ad iudicem euocationis, cum aliis actis de nouo factis, & notarius dictæ appellationis teneatur eundem processum eidem impetranti, restituere, si iudex euocationis esset extra ciuitatem, satisfacto notario de receptione dicti processus, & illius restitutione, prout in taxa expensarum continetur.

Et idem seruetur si causa primæ instantiæ euocetur.

ARTICVLVS 10.

Portatis actis iudicis à quo, & illis recognitis coram iudice ad quem, decernatur visio appellanti, cum termino duodecim dierum, intra quos appellans, si articulos nouos dare voluerit, teneatur illos in prima curia post dictum terminũ producere, vnà cum aliis, si qui sint in præcedẽtibus instãtiis producti, ad quorum probationem, detur dilatio, vt sup. in rubrica, 9. articulo. 6.

ARTICVLVS 11.

Qua dilatione elapsa, & non productis, aut reproductis aliquibus articulis, teneatur appellãs restituere processum vt supra in rubrica. 9. articulo. 28.

ARTICVLVS. 12.

Postmodum appellato, facta priûs cõtributione, vt supra, detur visio actorũ pręcedentium instantiarum, & aliorum

ARTICVLVS. 14.

Deinde facta ordinatione de portãdo processum seu producta cum terminis ad pronunciandum diffinitiuè, commissarius appellationis etiam ante delationem processus seu productorum, possit cogere via executiua partes principales, seu earum tutores, vel curatores, ad deponendum sportulas infra terminum per eum statuendum, in manibus illius qui per ipsum nominabitur. Quæ iudici expediantur lata sentẽtia, & vlterius fiat prout in rub. 9. art. 23.

ARTICVLVS 15.

Postquam erit ordinatum per iudicẽ ad quem sibi portari processum ad iudicãdum, tempora apellationis prosequẽdæ amplius non currant.

De appellationibus non recipiendis vel executionẽ nõ retardantibus.

RVBRICA 24. ART. 1.

Statuimus, quod nulli ab interlocuto

ria sentētia liceat appellare, nisi vim habeat diffinitiuę, vel totum negotiū perimat, aut cuius grauamen per appellationem à diffinitiua reparari nō possit. Quibus casibus, si appelletur, apostoliq; petantur, sit in facultate iudicis, captare sibi terminum ad respondendum petitioni apostolorum. Quo pendente possit nihilominus appellans obtinere cōmissionem appellationis, & inhiberi facere. Quæ commissio & inhibitio nullius sint effectus, si iudex appellantem respōderi petentem, intra dictum terminum per iudicem captatum, reponat.

ARTICVLVS. 2.

A taxatione expensarum, parte vocata vel eius procuratore, facta, si contingat appellari, procedatur ad executionem, non obstante appellatione, & inhibitione, citra illarum præiudicium, mediante tamen obligatione in forma de restituendo exacta in casum succumbētiæ, si sit soluendo: si verò non sit, mediā-

te cautione idonea,& idem obseruetur in sententia discutionis & cessionis bonorum,ac dilationis quinquennalis, seu maioris vel minoris temporis:& in restitutione in integrum,& nullitate proposita,& intentata aduersus executionem rei iudicatæ,citra tamen illarum prȩiudicium.

ARTICVLVS. 3.

Item sententia lata super possessorio reintegrandȩ vel retinendȩ,in fauorem petentis reintegrari, vel manu teneri, mandetur executioni per iudicem dictȩ sententiæ,vel alium ad id deputatum, vel deputandum, quoad possessionem tantùm, mediante vt supra proxime, obligatione,non obstante appellatione, & inhibitione,ac nullitate, citra tamen illarum preiudicium, quod non procedat respectu secundæ sententiæ, vel vlterioris,pro actore latæ; si prima senten tia pro reo lata fuerit: Sed si prima sentẽtia pro actore lata,reuocetur per duas

ſententias, mandetur executioni, appel lationc inhibitione, ac nullitate non ob ſtantibus, & citra illarum præiudicium.

ARTICVLVS 4.

Similiter ſi contingat appellari, ſeu re curri à ſententia arbitramenti, ſeu laudo aut arbitramento, vel à præcepto facto, à iudice de ſoluendo, vel aliquid faciendo, contra ſpōte confeſſum, vel à sẽtẽtia lata, ſuper ſyndicatu, vel ſuper medicamentis, aut ſalario medicorum vel chyrurgorum, aut ſuper ſeruitio famulorũ, & ancillarum, nec non in cauſa dotis ſoluendæ, vel reſtituendæ vxori & á ſentẽtia iudicis, qua prouidetur de ſequeſtro, vel tutore aut curatore, aut decernit alimenta de futuro, vel inuentarium & deſcriptionem bonorum faciendam, vel interdicit bonis prodigo, aut mente capto, vel ordinat reficiẽdos, aut reparãdos pōtes, muros ciuitatis, vł vias publicas, & q̃cũq; alia itinera, aut latrinas faciẽdas vel reficiẽdas, tales ſentẽtiæ

mādēt executioni,quoad principale tātū,nō obstāte appellatione,& inhibitione,ac nullitate,citra illarum pręiudiciū, mediante,vt supra,obligatione.

ARTICVLVS. 5.

Item si pro carcerato,vel arrestato, in causa ciuili feratur sententia super relaxatione, mandetur executioni, quoad relaxationē tantum,non obstāte appellatione, & inhibitione, ac nullitate, citra illarum præiudicium, data priûs idonea cautione, de soluendo, quod per iudicē iudicabitur, si de obligato agatur. Si autem non,mediante vt supra,obligatione,si habitator sit pręsentis ciuitatis. Si vero nō sit,mediāte idonea cautione.

ARTICVLVS. 6.

In curia viguerij huius ciuitatis,in omnibus causis ciuilibus, à sententia confirmatoria alterius sententię latę per iudicem ordinarium,vel delegatum ab eodem viguerio non appelletur, sed executioni mandetur, nullitatę quacunque

ti ciuitate contra habitatorem eiusdem ciuitatis, si succumbat in prima instantia, non audiatur super appellatione, & nullitate sententię, ac restitutione in integrum aduersus sententiam postulata, nisi pręstita idonea cautione in præsenti ciuitate de soluendis expensis litis factis, & faciendis in omnibus instãtiis, in quibus condemnabitur.

ARTICVLVS. 2.

Itidem si contingat dictum forensem appellare pro suo interesse à sentẽtia inter alios lata, & eundem in dicta appellatione sententiam contra se reportare, iterumq; per eum ab huiusmodi sententia appellare, non audiatur super secunda appellatione, nisi cauto vt supra.

De bulla leonina & facultatibus in processu non inserendis.

RVBRICA. 26.

ARTICVLVS. 1.

Item quia per bullam leoninam concessum est auditoribus causarum com-

missionalium restituere, & prorogare fatalia appellationum, cuius tenor sæpè in processibus per notarium frustra inseritur, cum extet pro rostris. Statuimus, vt deinceps nulla dictæ bullæ fiat insertio: & si fiat, pro ea nihil exigatur. Quam bullam iudices teneantur obseruare, iuxta illius solitam & consuetam obseruantiam, neque inferantur facultates legati, vicelegati & aliorum quorumcumque iudicum ordinariorum ciuitatis, nisi quando contigerit deferri processum extra ciuitatem, & comitatũ venayssini, quo casu illæ facultates tantum regestrentur, quæ necessariæ erũt, secundum qualitatem processuum. Et si contra fiat, nihil exigatur vt supra.

De causis non euocandis.

RVBRICA 27.
ARTICVLVS. 1.

Statuimus, quod nullus possit se iuuare aliqua euocatione causæ præsentata post cõclusionẽ in causa, seu ordinatio-

nem de portando,& iudex à quo causa fuerit euocata, ꝓcedere possit, dicta euocatione & inhibitione nō obstantibus.

De modo contribuendi pro actis iudicum a quibus.

RVBRICA. 28.
ARTICVLVS. 1.

Statuimus, quod appellatus in omnibus & quibuscumque sententiis, teneatur contribuere pro medietate actorũ, & processuum portatorum per appellãtem, & idem facere teneatur appellans, si appellatus præueniendo portauerit, nolensque vel differens cõtribuere, via executiua ad id cogatur, licet diminutiones dare velit, & nihilóminus nõ audiatur in causa appellationis, donec contributum fuerit, liberumque sit petenti contributionem, prosequi dictã causam appellationis vsque in finem. Si tamen postea appareat locum fuisse diminutionibus, expensasque dictorum actorũ & processuum non tantum ascendere,

quod plus contributum fuerit, eadē via executiua recuperetur, citra dictæ causæ appellationis retardationem.

¶ Vt expositiones instrumentorum in processum non redigantur.

RVBRICA 29.
ARTICVLVS 1.

Item superflua, quantū fieri potest, resecantes, prohibemus, ne deinceps expositiones, quæ fieri solebant de contentis in instrumentis, vel aliis documētis, in obtentione iudicatorum, pignorationum, carcerationum, vel arrestorum, in processum redigantur, cū satis ex lectura ipsorum documentorum, eadem expositio, & iudici & partibus innotescere possit, sed solum detur visio illorum documentorum ac obtentionum dictarum executionum, petentibus & opponentibus, cum termino sex dierū ad cōtradicendum, & in eis procedatur summariè simpliciter, & de plano, ac sine strepitu, & figura iudicii.

De visione processuum & de rubricis notario sublatis.

RVBRICA 30.
ARTICVLVS. 1.

Item cum officium notarii sit cōmune, nec partibus debeant consulere, sed solū, quæ dicuntur & geruntur ab ipsis partibus, scribere, ideò statuimus, ne posthac aliquid notario pro visione processus detur, nec pariter processus ab eisdem notariis rubricetur, cum deinceps processus quoad terminos, eo verborum cōpendio & breuitate describi debeāt, vt non plus ferè continere debeant, quā ipsæ rubricæ, nec videntur necessariæ, quinimò damnosæ, cum quandoque iudices illis rubricis fræti, multa legere p̄termittūt, quę maximè ad causę decisionem faciunt, contra tamen officium veri iudicis, cuius partes sunt cuncta rimari, & plena inquisitione discutere.

¶ De teſtimonialibus.

RVBRICA. 31.

ARTICVLVS. 1.

Statuimus, quod deinceps teſtimoniales quarumcumque notarum temporalium & nō perpetuarum fiant, & extrahantur prout in manuali continetur, cũ clauſula, àctum & teſtes, & eis detur plena fides, etiam quod in eis non ſit indictio, nec nomen principis, ſub qua quidem forma notarii illas partibus requirentibus expedire teneantur.

ARTICVLVS. 2.

Item licet notarii recuſent expedire debitoribus teſtimoniales obligationũ, quia tamen quandoque vtile eſt debitoribus illas habere, ideò ſtatuimus, vt notarii teneantur illas tradere ipſis debitoribus, etiam ſubſcriptas & ſignatas eorum ſigno manuali, dummodo actum & teſtes in eis non apponantur. Declarantes vlterius, quod per hoc non inducatur aliqua præſumptio ſolutionis, nec

quæuis alia exceptio seu defensio contra creditorem.

De feriis.

RVBRICA. 32.

ARTICVLVS. 1.

Omnes dies sint iuridici, exceptis diebus festis collibilibus in ciuitate, & vigiliis festiuitatũ natiuitatis domini nostri Iesu Christi, & pentecostes, & septẽ diebus ante festum paschatis, cum septẽ diebus sequentibus: in vigiliis autẽ omnium festiuitatũ gloriosæ virginis Mariæ, beati Ioannis baptistæ, & in crastinum festorum diui Lucę, & omnium sanctorum, nec non duobus diebus immediatè sequentibus diem dominicam carnispriuii, & trib⁹ dieb⁹ ante festũ ascẽsionis domini nostri Iesu Christi, & diebus profestis sequentibus immediatè post festa natiuitatis domini nostri Iesu Christi, vsque ad Epiphaniam, nullę teneantur curiæ publicę, non tamen in eisdem diebus sit feriatum.

ARTICVLVS. 2.

Declarantes,quod licet dictæ vigiliæ, & aliæ quæcumque, quandóque cadāt in die dominica, propter quod ieiuniū eiusdem vigiliç fit die sabbati immediate præcedenti, non tamen dicta die sabbati erit feriatum, sed poterunt teneri curiæ publicæ.

ARTICVLVS. 3.

In feriis autem messium & vindemiarum,quç per prçsens statutum intelligātur indictæ quoad messes, à festo Sancti Ioannis Baptistç, vsque ad festum beatç Mariç Magdalenes. Et quoad vīdemias à festo beati Bartholomei apostoli, vsque ad festū beati Matthei apostoli & euangelistæ, nullç teneantur curiç publicç:omnes tamen causæ in rub. 5. huius libri, & 4. & 5. articulis rub. 24. huius libri,ac aliæ de cōsensu partium, vel earum procuratorum, aut mediante dispensatione, à legato seu eius locumtenente obtenta,in domo iudicū tàm or-

dinariorum, quàm delegatorum etiam apoſtolicorum, & alio quocumque loco, durante tempore dictarum feriarũ meſſium, & vindemiarum, teneri & terminari poſſint.

¶ De monitorijs generalibus.

RVBRICA 33

ARTICVLVS 1.

Monitoria generalia in forma malefactorum, dum concedentur per habentem poteſtatem, concedantur de rebus occultis tantum. Et omnes qui aliquid ſcient de contentis in eodem monitorio ſolum teneantur reuelare ei, qui dictum monitorium obtinuerit, ſe de contentis in eodẽ, tale quid ſcire, q; ſe offerãt paratos teſtificari coram iudice, qui eos ad teſtificandum vocabit: quo facto ſint ab eodem monitorio exempti.

¶ De ceſſione & diſcuſsione bonorũ

RVBRICA 34

ARTICVLVS. 1.

Ad ceſsionem bonorum, vel quinquẽ

nales dilationes, seu maiores vel minores inducias, non admittantur lusores, dilapidatores, decoctores, & fraudatores, nec qui ex delicto, vel quasi, obligati sunt, etiam si de crimine ciuiliter ageretur, nec in cæteris casibus, quibus de iure non admittuntur.

ARTICVLVS 92.

Cedere autem volens imprimis vocari curet suos creditores, cum copia libelli, & parcella bonorum tabellionata, ad videndum se admitti ad cessionem bonorum, ijsdemque inhiberi, ne lite pendẽte eũ vexare & molestare præsumãt, & nihilóminus vt aliis omnibus tunc, vel in futurum ius habere prætendentibus innotescat, per præconem omnes ad præmissa citari mandamus: & adueniente termino citationis ante omnia dictis citatis per se, vel procuratores legitimos, tunc comparentibus vel non comparentibus, declaret cum iuramento, contenta in dicta parcella esse vera,

nihilque de bonis suis omisisse: ac deinde prouideatur de idoneo curatore, ad nominationē dictorum citatorum, tunc comparentium. Quibus dissentientibus vel non comparentibus, iudex ex officio de idoneo curatore prouideat: qua prouisione facta dictus cedēs, per se vel suum procuratorem legitimum, dicat, & declaret se reponere dicta bona in manibus illius curatoris, qui susceptis dictis bonis in dicta parcella contentis, se obliget cum iuramento in bona forma, de benè & fideliter dicta bona administrando, creditoribus soluendo, à debitoribus exigendo, ac rationes reddendo cum reliquorum præstatione eis ad quos pertinebit.

ARTICVLVS 3

Item quod debitor nō admittatur ad quinquennalem, vel maiorem aut minorem dilationem, nisi maior pars creditorum in numero & cumulo consentiat: qui etiam teneatur idoneè cauere aliis

creditoribus non consentientibus, de eis soluendo in termino dilationis: iurabunt autem dicti creditores consentiẽtes debita eorum esse vera, seque nihil sperare cõsequi ante dilationis metam. Et si debitor non possit idoneè cauere, non admittatur ad dictam dilationem, nec illa gaudeat.

ARTICVLVS 4

Et soluat curator de bonis suæ curæ, debita creditoribus petentibus, præmissa cognitione & ordinatione iudicis, à qua si appellari contingat, nihilóminus exequatur, præstita cautione idonea de restituendo exacta, in casum futurę cognitionis, appellatione, inhibitione, ac nullitate non obstantibus, citra tamen illarum præiudicium.

ARTICVLVS 5

Si debitor bonis cedere volens, antequam declarauerit se velle cedere, & antequã inhiberi fecerit creditoribus suis, fuerit prȩuentus ab vno, vel pluribus

creditoribus in diuersis curiis, teneatur cedere in illa curia, in qua fuit præuentus per carcerationem, vel arrestum personæ: & notarius dictæ præuentionis duntaxat scribat. Et si eadem die in pluribus curiis fuerit præuentus, nec cõstet de prioritate, fiat ĩ altera ex dictis curiis ad electionem cedere volẽtis. Qua electione facta, procedatur vt supra. Si autem eadem die in eadem curia scribentibus diuersis notariis fuerit præuentus, nec constet, quis notariorum præuenerit, is solus scribat, quem cædere volens elegerit. Et quod dictum est de pluribus carcerationibus, idẽ sit de pluribus aliis remediis executiuis.

ARTICVLVS 6.

In causis cessionis bonorum procedatur summariè simpliciter & de plano, ac sine strepitu & figura iudicij, etiam sola facti veritate inspecta.

ARTICVLVS. 7.

Expensæ in causis cessionis bonorum

concernentes curam in vniuerso, videlicet, quoad citationem generalem contra creditores, de qua supra artic. 2. cõfectionem inuentarii, & bonorũ distractionem, & aliæ si quæ sint, curã in vniuerso respicientes, soluãtur ante omnia de cumulo bonorum, aliæ verò expensę soluantur per creditores aut dictum curatorem, de eorum propria pecunia: nã aut curator non soluit debitum liquidũ agnoscendo bonã fidem, & tunc de suo refundat expensas, aut vero debitũ non est liquidum, & tunc creditor suis sumptibus liquidationem faciat, qua facta, si curator sine causa, litem ad finẽ vsq; prosequatur, sumptus de suo resarciat.

ARTICVLVS 8.

Et si agat de re ĩmobili in petitorio vel possessorio, fiat executio vt supra, cum obligatione in meliori forma, de nõ alienãdo per se neque eius hęredes, & de restituendo cum fructibus in casum succumbentiæ, donec sententia in rem iu-

dicatam transierit.

ARTICVLVS. 9.

Discussio autem bonorum nõ fiat per debitorem, nisi in cessione bonorum & in cap. Odoardus de solutio. vel in articulo mortis: creditores autẽ eãdẽ discussionem facere possint inter eos, de bonis debitoris falliti, aut fugitiui, vel se occultãtis, ne citari vel apprehẽdi valeat, aut de hæreditate & de bonis iacentibus indefensis, petendo eisdẽ bonis prouideri de curatore: cõtra quem intẽtent eorum actiones; & in sententia ferenda fiat collocatio ipsorum creditorum, secundum prioritatem eorũ iurium. Quibus satisfiat ex præcio dictorum bonorum, quę vendi volumus ad incantum publicum, vel ad æstimam duorum vel plurium per iudicem eligendorũ, duobus consanguineis vel affinibus adhibitis, primáque sententia mãdetur executioni vt supra art. 4.

ARTICVL. 10.

Item quia sæpe contingit creditores

citatos ad vidēdum admitti debitorem ad cessionem bonorum, & inhibitos, ne quid in præiudicium dictæ cessionis attentēt & faciāt, respōdere se cessisse, quę sibi ab eodem debitore debebantur, aut in solutum dedisse, interdum animo differendæ litis, ideò statuimus, quod si intimatio dictarum cessionis aut in solutum dationis, non fuerit facta ante dictā responsionem, dicta citatio & inhibitio ligēt ipsos cessionarios, aut in solutum datarios, sicut ipsos creditores citatos & inhibitos, vt supra artic. vltimo rub. de moderatione inhibitionum.

Libri secundi statutorum Auenionis. FINIS.




STATVTORVM Auenionis.

LIBER TERTIVS.

De causis criminalibus.

¶ De modo procedendi in eisdē causis.

RVBRICA I.
ARTICVLVS I.



TATVIMVS, quod iudex ex officio sine partis quærela, possit in omni crimine per inquisitionem procedere, nisi in crimine adulterii, & in casibus, quibus per conuentionem ciuitatis, absque partis quærela inquiri prohibetur. Si tamen iniuriæ, de quibus in dicta conuentione, in ecclesia, vel palatio apostolico, aut corā quo-

uis magiſtratu ciuitatis, vel in loco, vbi ius redditur, inferrentur, iudex abſque aliqua querela inquirere poſſit.

ARTICVLVS. 2.

Item quod nullus pro cauſa criminali carceretur, niſi præcedēte ſufficienti informatione per iudicem, vel locumtenē tem, aut notarium de mandato iudicis, vel locūtenentis, ſumpta, ipſorumque iudicis, vel locumtenentis, præcedente decreto, manu propria ſubſcripto, niſi in flagranti crimine reperiatur. Quo caſu poſſit per ſeruientem, aut curſorem curiæ, vel alium quemcumque capi & carcerari. Si tamen poſteà appareat carcerationem factā pro crimine, pro quo iudex ex officio ſine partis querela inquirere non poteſt, ſtatim carceratus relaxetur ſine expenſis ad cuiuſuis inſtantiam etiam ſine mādato. Et ſufficiat pro dicta informatione vnus teſtis, de ipſo crimine deponens: & ſi plures examinētur, nihil pro tali examine ſoluatur.

De modo procedendi contra inquisitos absentes.

RVBRICA 2.

ARTICVLVS. 1.

Statuimus, quod iudex factis tribus diligentiis, durātibus tribus diebus, de reperiendo delinquētem, ad eum personaliter citandum, vel capiendum, si dictus delinquens non reperiatur, citetur voce tubæ more requirendorum reorum, trina citatione, cum interuallo octo dierū pro singulis citationibus: quibus terminis elapsis, si non comparuerit, postea voce tubæ declaretur à præsenti ciuitate, & eius territorio bannitus, & bona sua annotata. Quibus peractis, inquisitus adhuc per annum spectetur, quo durante, si compareat, cesset bannum, & dicta annotatio, sibique dicta bona restituātur, & in defensionibus suis audiatur, purgata contumacia: si verò non compareat, bona ipsius post annum elapsum sint fisco confiscata.

ARTICVLVS 2.

Inuentarium autẽ bonorũ dicti inquisiti, fiat per notariũ in præsentia iudicis, vel locũtenentis, & duorum testiũ fide dignorũ ac domesticorũ seu consanguineorum ipsius inquisiti, si interesse voluerint, quę bona in manibus vxoris, aut liberorum, vel aliorũ domesticorum, si soluẽdo sint, cum debita obligatione de restituendo ad mandatum iudicis, relinquantur. Quibus soluendo non existentibus, aut cauere non valentibus, vel nolentibus, reponãtur apud alium idoneũ cum simili obligatione de custodiendo & restituendo,

De modo procedendi contra inquisitos præsentes.

RVBRICA. 3.

ARTICVLVS. 1.

Si vero inquisitus præsens fuerit, per iudicem, aut locumtenentem, examinetur. Quo examine perfecto, eoq́; inquisito negãte, dẽtur octo dies fisco ad for-

mandum processum suũ, deinde ad probandũ duæ dilationes octo dierum assignentur, aut breuiores, vel maiores iuxta delictorum qualitatem, & locorum, à quibus probationes habendæ erunt, distantiam, & ex causa iudex poterit tertiã assignare dilationẽ. Quibus elapsis, admittatur reus ad defensiones, per se, vel procuratorem, eique expediatur visio omnium actorum, ac dentur cõgruæ dilationes ad defendẽdum, & probãdũ, & saltem tot, quot fisco datæ fuerint.

ARTICVLVS. 2.

Item quod testes existentes in ciuitate, vel eius territorio, per iudicẽ, vel locumtenentem, examinentur, aut repetãtur, si priùs per alium fuissent pro secreta informatione examinati. Si verò alibi, infra tamen comitatũ venayssini, habitarent, testes venire cogantur per habentẽ potestatem; vel iudices aut locũtenentes, ad loca, vbi erũt testes, accedãt & in propria examinent; aut alteri pro

arbitrio committant: teneantur autem iudices vel locumtenentes, quādo testes examinabuntur, ac etiam quādo reo accarabuntur, si ab ipso reo requisiti fuerint, facere testibus interrogatoria, quæ per ipsum reum sibi dicentur, modo pertinentia fuerint.

ARTICVLVS 3.

Item statuimus, quod vbi iudici, tàm seculari, quàm ecclesiastico videbitur locum fore quæstioni & torturę, antequàm ad eam procedat, reo defensorem det, etiam nō petitū, cum copia processus & indiciorum tabellionata.

ARTICVLVS. 4.

Item in dictis causis, summariè procedatur, litis contestatione, & aliis solēnitatibus, ordinem iudiciorum respicientibus, omissis.

ARTICVLVS. 5.

Reo cōuicto & cōfesso, vbi pœna à iure vel statuto, certa erit, appellari non liceat, sed mandetur executioni.

ARTICVLVS. 6.

In omnibus autem casibus, in quibus appellare licet, iudices viso processu, & super eo facta deliberatione, viguerio notificent, vt tres assessores, doctores, probos, & peritos assumat, qui videant processum, delatumque de nouo interrogent, an aliquam defensionem habeat pro eius innocentia: & si aliquam defensionẽ habeat, detur congrua dilatio ad probandum. Qua dilatione elapsa, omnia cum dictis iudicibus conferant, & secundum opinionem maioris partis dictorum quinque, iudicetur. Et sententia executioni demandetur, non obstante quacumque appellatione.

ARTICVLVS. 7.

In aliis autem pœnis pecuniariis, quę ex officio secundum morem ciuitatis, in publico parlamento constituuntur, iudices sententiam ferant, nullo voto viguerio communicato: à qua non liceat appellare iuxta conuentionem ciuita-

tis,ſed viguerio ſupplicari poſſit per ſentientes ſe grauatos, intra triduum à die notificationis poſt dictam ſententiam factæ,qui tollat grauamen infra decem dies à die ſupplicationis preſentatæ, ſeruata forma conuentionis ciuitatis.

ARTICVLVS 8.

Item quod deinceps, proceſſus criminalis non ſcribatur per notarium in diuerſis foliis ſeparatim,ſed ſcriptura ſit continua, nullo ſpatio vacuo relicto, & in foliis ſimul contiguis,in vno quaterno alligatis, ſub pœna decem librarum turonenſium: quod in ciuilibus etiam cauſis locum habere volumus.

ARTICVLVS 9.

Item ſi contingat alienari res aliquas ab his,qui poſtea fuiſſe hereticos aut rebelles tempore alienationis conuincuntur, nolumus quod eo prætextu acquiſitores dictarum rerum à fiſco moleſtētur,niſi eaſdem res acquiſiuiſſent, poſtquàm illarum alienatores arreſtati, aut

carcerati essent, vel aliâs de dicto crimi ne ante alienationem essent publicè dif fammati.

ARTICVLVS 10.

Item mandamus notariis criminalibus, vt contra blasphemantes nomẽ dei, eiusque genitricis virginis Marię & san ctorum: inquirant, & iudicibus referãt, vt eos quos blasphemasse compererint, seuerè castigent, secundum qualitatem blasphemiæ, & personarum.

De eo qui furtum vel rapinam fecit aut passus est.

RVBRICA. 4.

ARTICVLVS. 1.

Statuimus, quod si furtum vel rapinam passus, petierit facultatem à iudice capiendi, seu pignorandi personam, vel bona furis, vel raptoris, ad effectum du cendi ad carceres, vel curiam, iudex requisitus teneatur dicto requirenti, licentiam dare, & seruientes ministrare, cauto idoneè per requirentem, casu quo

indebitè, vel ſe in carcere cum dicto fure vel raptore cōſtitueret. Et ſi iudex denegauerit, aut plus debito diſtulerit, & debitor interim aufugerit, aut bona ſua aliò tranſportauerit, ad reſtitutionem damni teneatur.

ARTICVLVS. 2.

Fur autem puniatur pro primo furto pœna fuſtigii, pro ſecundo, amputationis aurium, pro tertio, vltimi ſupplicii, reſeruata tamē iudici facultate, grauiûs vel mitius puniendi, pro qualitate perſonarum, rerum, loci, & temporis. Raptores autem & fures domeſtici, ſeueriûs puniantur arbitrio iudicis

De conuentionibus illicitis, & monopoliis.

RVBRICA 5.

ARTICVLVS. 1.

Statuimus quod ſi aliqui fecerint inter ſe iuramenta, pacta, vota, vel promiſſiones, ſeu conuentiones aliquas, illicitas, ratione cuiuſcumque artis, vel al-

terius rei, curia teneatur hoc inquirere, & arbitrio suo punire, & quæ facta fuerint, reuocare: notariusque qui de huiusmodi conuentionibus notam sumpserit arbitrio iudicis puniatur.

¶ De damno dato.

RVBRICA 6.

ARTICVLVS 1.

Statuimus, quod si aliquis sine licentia domini, vel alterius, qui loco domini est, in aliena vinea, vel horto seu alio prædio, racemos, vuas acerbas, aut alios quoscumque fructus collegerit, vel comederit, soluat fisco, nomine pœnæ, viginti solidos turonenses: si verò exportauerit, vel exportari fecerit, arbitrio curiæ grauiûs puniatur.

ARTICVLVS 2

Si autem alienam vineam absque voluntate supradictorum sciderit, vel eradicauerit, per se, vel alium arbitrio curię grauiter puniatur.

ARTICVLVS 3.

Et idem obſeruetur pro inciſione, ſeu eradicatione vitis, vulgo malſoux.

ARTICVLVS 4.

Item quod nulli liceat racemare, ſeu vt vulgo dicitur, rapugare, niſi factis poſt vindemias voce tubæ proclamationibus, ſub pœna viginti ſolidorum turonenſium pro qualibet contrauentione, & vltra pœnã huiuſmodi racemi domino illorum, ſeu colono reſtituantur, aut ſi ignorentur, hoſpitali domini Bernardi Raſcaſſij elargiantur.

ARTICVLVS 5.

Item ſi quis intulerit damnum triticis & leguminibus, ſatis, & adhuc pendentibus, arbitrio iudicis puniatur.

ARTICVLVS 6.

Item pro damno illato pratis, nemoribus, & aliis locis ad quæ accedere non licet, puniatur vt ſupra.

ARTICVLVS. 7.

Item ſi quis ſalices, vel alias arbores,

fructiferas, vel non fructiferas sciderit, vel eradicauerit, aut corticem detraxerit, per se, vel alium, puniatur vt supra.

ARTICVLVS. 8.

Item si aliquod animal cuiuscumque generis inueniatur in terris seminatis, pratis, vineis, & aliis locis, ad q̃ accedere non licet, ac in stipulis, & terris incultis, custos dictorũ animalium, pœna pecuniaria arbitrio iudicis puniatur. Qui si soluendo nõ sit, dominus animalium, vel qui loco domini est, eadem pœna puniatur.

ARTICVLVS. 9.

Dominus autem prædiorum, vel qui loco domini est, ante pœnę solutionem, duplum damni dati, per expertos æstimati, nullo iuris ordine seruato consequatur.

ARTICVLVS. 10.

Item quod nullus proiiciat lapides in domum alterius, nec illius fenestras, ac viridarium quodcumq;, sub pœna qua-

draginta ſolidorum turonenſium, fiſco, & denuncianti, æqualiter applicanda, & aliâs grauiûs puniat̃ arbitrio iudicis.

ARTICVLVS. 11.

Et omnia prædicta de nocte perpetrata, grauiûs puniantur, & grauiſſimè, ſi odii cauſa fuerint perpetrata.

ARTICVLVS. 12.

Cuſtos prædiorum, vel territorii, cum iuramento cõſtitutus, teneatur ipſa die, qua damnum illatum fuerit, vel craſtina, hoc curiæ, & damnum paſſo notificare, cuius ſacramento ſtetur.

ARTICVLVS. 13.

Et quia ſæpè contingit, vt qui prædictas arbores ſcindunt, vel eradicant, ligna ex eis ad hanc ciuitatem deferri curant, ideò mandamus cuſtodibus, & prę fectis portarum huius ciuitatis, ac publicanis ſeu gabellariis, qui in dictis portis adſunt, nec non omnibus olitoribus, victicolis, ac cum eis in hortis, vel vineis, aut aliis prædiis cõuerſantibus, vel aliis

quibuſcumque cuſtodibus, vt diligenter obſeruent, vnde, & à quibus, ligna ad portam fluminis Rhodani, vel ad præſentem ciuitatem delata fuerint, & ſi quos cognouerint furti ſuſpectos, eos curiæ indicent. Et qui índicauerit, pro eius labore cõſequatur tertiam partem pœnæ, ſicuti & alius quiuis accuſator, qui vltra dictum præmium, tenebuntur ſecreti, & ſi præmiſſa nõ obſeruauerint arbitrio iudicis puniantur.

ARTICVLVS 14.

Item quia euenire poteſt, vt aut negligentia cuſtodum, vel aliorum ſupradictorum, aut caſu alio, hi qui damna prædicta intulerint, ignorentur, magno certè dominorum prædiorum, aut qui eorum loco ſunt, incõmodo, ideò huic rei proſpicientes, & vtilitati ſubditorum conſulentes, ſtatuimus, quod ſi animalia cuiuſcumque generis intulerint damnum alicui prædio, ſeu arboribus in eo exiſtentibus, & dominus ſeu qui loco

domini eſt, ignoret, quæ animalia damnum intulerint, & cuius ſint, poſſit damnum paſſus intra quinq; dies, à die ſcientiæ damni illati, cuius iuramento ſuper dicta ſcientia ſtetur, etiam nemine vocato, per expertos iuratos, æſtimari facere damnũ, ac declarari, per cuius generis animalia damnum illatum fuerit. Quorum æſtimationi ac declarationi ſtari volumus, qua æſtimatione & declaratione factis, valeat dãnum paſſus eligere intra duos dies, vnum ex habentibus prope locum, vbi damnum illatum eſt animalia eiuſdẽ generis, cuius ſunt ea, quæ damnum intuliſſe ſupradictum eſt, præſtito prius iuramento coram iudice, quod neſciat alium, qui dãnum intulerit. Qui electus ſi intra octo dies à die vocationis, ad ſoluendum duplum damni æſtimati vt ſupra, non probauerit, cuius animalia damnũ dederint, cogatur via executiua arbitrio iudicis, duplum dicti damni æſtimati ſoluere, cum.

expenſis ſuper hoc factis. Et ſi experti dicãt ſe ignorare, per cuius generis animalia, damnum datum fuerit, dominus animalium, vel qui loco domini eſt, quę ſunt propinquiora prædio, in quo damnũ illatũ eſt, præmiſſa ſoluere teneatur.

ARTICVLVS. 15.

Quibus ſolutis, licitum erit ſoluenti, agere & experiri contra alios habentes etiam prope dictum locum, vbi damnũ illatum eſt, animalia eiuſdem generis, cuius erãt ea, quæ damnum intulerunt, illoſque cogere etiam via executiua, arbitrio iudicis, ad ſibi contribuendum, niſi intra octo dies, à die vocationis ad cõtribuendum, alium vel alios intuliſſe damnum, docuerint.

ARTICVLVS. 16.

Item vltra pœnas prædictas, cuſtos dictorum animalium, ſiue ſit dominus, vel mercenarius, ſi de die inueniatur, ſoluat curiæ viginti quinque ſolidos turonenſes, ſi verò de nocte duplum ſolue-

re cogatur, & si soluendo non sit, iudicis arbitrio puniatur.

¶ De pœna falsi.

RVBRICA 7.

ARTICVLVS. 1.

Quia crimen falsi grauissimũ est, ideò statutum antiquum reformantes, statuimus, quod si quis instrumentum, seu aliquam scripturam falsam confecerit, seu fieri mandauerit, vel procurauerit, aut produxerit, seu produci fecerit, condam netur ad fustigium, vsque ad sanguinis effusionem inclusiuè, aut ad trecentorũ summam scutorum auri solis, vltra dam num, & id quod interest, parti priùs soluendum.

ARTICVLVS 2.

Et si sit notarius, vltra pœnas prædictas, officio tabellionatus priuetur, & exul fiat à præsenti ciuitate, & eius ter ritorio. Qui si in idem delictum reinciderit, vltra pœnas prædictas, manus ei amputetur, & idem in cursore & seruiẽ

te omnium curiarũ,& quocumque alio habente officium publicum,falſum cõmittente.

ARTICVLVS 3.

Si quis verò teſtem falſum, aut ſcripturam falſam,ſcienter contra aliquem ꝓduxerit,in cauſa criminali,pœna mortis puniatur, ſi agatur de pœna corporali infligenda:ſi verò de pœna pecuniaria agatur, puniatur eadem pœna, qua inquiſitus,vel accuſatus puniri deberet. Si autem pro innocentia alicuius produxerit, arbitrio iudicis puniatur, facti & qualitate perſonę penſata.

ARTICVLVS. 4.

Et eadem pœna puniatur dictus teſtis, qui falſum depoſuerit, & qui teſtem ad falſum deponendum induxerit.

ARTICVLVS. 5.

Quod ſi de cauſa ciuili agatur, teſtis, & illum producens, & eorum quilibet, puniatur, prout in primo articulo præſentis rubricæ continetur.

ARTICVLVS. 6.

Talesque testes per procuratoré producti, censeantur mandato partis, & de eius scientia producti.

ARTICVLVS. 7.

Quia sepissimè accidit falsam monetam cugni alterius principis, quàm S. D. N. Papæ huius ciuitatis, & comitatus venayssini supremi principis, fabricari, ac cudi, seu expendi in eadem ciuitate Auenionensi, & eius territorio, ac dicto comitatu, & quidem potius causa euitandi pœnas ordinarias, quibus puniuntur fabricantes, ac cudentes vel scienter expendentes, monetam falsam, præfati S. D. N. Papæ, ideò huic malo mederi volentes, statuimus, tales fabricatores, ac cussores, & expensores scienter dictarum monetarum, & eorum coadiutores, puniri in hac ciuitate, eisdem pœnis, quibus de iure puniri debent fabricantes, ac cuden-

tes, & ſcienter expendentes, monetam falſam eiuſdem S. D. N. Papæ.

Libri tertij ſtatutorum

Auenionis.

Finis.





STATVTORVM Auenionis.

LIBER QVARTVS.

De taxis scripturarum.

¶Et Primo extraiudicialium.



PRO Instrumento obligationis, simplicis ac reciproce etiam cũ constitutione procuratorũ in meliori forma camerae à ducẽtis florenis infra, habeat notarius florenos duos & solidos sex. flo.2.sol.6.
Et à ducẽtis vsq; ad quingẽtos, flo.3. & à quingentis vsque ad mille & quantumcumque vltra. flo.4.
Et si apponatur fideiussio cum promis-

Et à quingentis vſque ad mille & quan tumcumque plus. floren.1.
Pro inſtrumento ceſſionis debiti, aut dationis debiti, in ſolutum à ducentis florenis infra. froren.1. ſolid.3.
Et à ducẽtis fl. vſq; ad quĩgẽtos. fl.1. ſo 6
Et à quingentis florenis vſque ad mille & quantumcumque plus. flo.2. ſol.6
Pro teſtimonialibus verò proximè dictorum inſtrumentorum, quæ extrahãtur prout in manuali vt ſupra. ſolid.8.
Pro inſtrumento locationis ſeu arrẽdamenti vnius domus, vel alterius prędij, duorum vel trium, ac nauli nauis, etiam in forma cameræ. floren.3.
Pro arrendamento baſtidæ cũ illius toto tenemento & affari floren.3. ſolid 8
Et ſi ſit arrẽdamentũ Baroniæ, epiſcopatus, & caſtrorũ cum iuriſdictione flor.8
Pro teſtimoniali verò vnius, duorum, vel trium prædiorum. ſolid.8.
Ruris verò ſeu baſtidę cũ tenemẽto fl.1.
Pro teſtimoniali verò baroniæ, epiſco-

patus, seu castri cum iurisdictione. flo. 4
Et si in prædictis instrumentis vel testimonialibus inseratur aliquod inuentarium bonorum, vel apponātur vltra sex pacta, tunc taxētur arbitrio taxatorum per superiorem deputandorum.
Pro instrumento emphiteosis seu noui accapiti emptionis & venditionis, retrouenditionis, & dationis prędiorum in solutū à ducētis florenis īfra fl. 2. so. 6
Et à ducentis florenis vsque ad quingentos. floren. 4.
Et a quingentis vsq; ad mille. floren. 5.
Et a mille vltra quantumcumque. flor. 6
Et si in prædictis instrumentis apponatur laudimium siue inuestitura a ducentis florenis infra. solid. 6
Et a ducentis vsque ad quīgentos. flo. 1.
Et a quingentis vsque ad mille fl. 1. s. 3
Et a mille supra quātumcūque. fl. 1. sol. 6
Et pro instrumento laudimii seorsum facto á ducētis florenis infra solid. 10
Et a ducentis vsq; ad quingētos fl. 1. sol. 3

Et a quingẽtis vsq; ad mille.flo.1. sol.6.
Et a mille supra. floren. 2.
Et si in dictis instrumentis fiat venditio pensionis simul vltra dictas summas a ducentis florenis infra. sol. 6.
Et a ducẽtis vsq; ad quingẽtos. floren.1.
Et à quingentis vsq; ad mille.flo.1.sol.6
Et a mille supra. floren.2.
Instrumenta autem quæ fient cũ decreto iudicis & causæ cognitione taxẽtur arbitrio dictorum taxatorum adhibito iudice, si vtrique parti videatur, vel alteri earum, expensis requirentis.
Item pro instrumento reductionis dimi nutionis, extinctionis, & reuenditionis census, a ducentis flo. infra.flor.1.sol. 6.
Et a ducẽtis vsq; ad quingẽtes. floren.2.
Et a quingẽtis vsq; ad mille.flo.2. sol.6.
Et a mille supra quãtũcũque. flo.3. sol.6.
Pro instrumento cessionis pacti de retrouendendo. floren. 2.
Pro testimonialibus dictorum contractuum a ducentis flo. infra. sol.10.

Et à ducẽtis vſque ad quingentos. flo. 1.
Et a quingentis vſq; ad mille.flo.1.ſol.3.
Et a mille quantũcũq; ſupra. flo.1. ſol.8.
Pro inſtrumento vẽditionis baronię & caſtri cum iuriſdictione. floren. 24.
Et pro teſtimoniali. floren .6.
Pro inſtrumento venditionis penſionis a cõitate à quingentis flo. infra. flo. 4.
Et a quingentis vſque ad mille. flo.6.
Et a mille ſupra quantũcumque. flo. 8.
Pro inſtrumento homagii. floren.3.
Pro inſtrumento dationis animalium & aliarum rerũ ad bonas medias, ac dationis ad penſum vulgo pris faict.flo. 3.
Pro teſtimonialibus verò dictorum inſtrumentorum. ſolid. 10.
Pro inſtrumento recognitionis emphiteotecarię,incluſa nota breui. ſol. 8.
Pro inſtrumẽto donationis, a trecentis, florenis infra. floren. 2.
Et a trecentis, vſq; ad quingẽtos. flo. 3.
Et a quingentis vſque ad mille.floren.5.
Et a mille ſupra quãtumcumque. flo. 7.

Et pro testimonialibus, dictarum donationum, a quingentis flo. infra. solid. 8.
Et a quingentis florenis vsque ad mille. floren. 1.
Et a mille & quãtũcũq; plus. flo. 1. sol. 6.
Pro attestatione faciẽda ꝑ notariũ circa donationes per eũ scriptas secundũ formam de qua supra libro 1. rub. 68. sol. 4.
Et tantundem detur custodi libri dictæ attestationis pro illius exhibitione.
Pro instrumento matrimonii viticolarum, agricultorum, agrimensorum, baiulorum, qui suis humeris onera portant, fabriferrarii, fabrilignarii, selerii, gypsarii, latomi, sartorum, lanionum, sutorum caligariorum, fulonum, pictorum, pistorum & id genus similium, à ducentis florenis infra. floren. 2
Et à ducentis vsq; ad quingẽtos. floren. 3
Et à quĩgẽtis florenis vsq; ad mille. fl. 4
Et a mille supra quantũcunq; plus flo. 6
Et si in eodem instrumento plures donationes, & q̃tãtię ponant nil vltra exigat

Pro instrumento quittanciæ,& recogni tionis dotis seorsum factæ. flor.1 so.3.
Pro testimonialibus dictorum instrumentorum. solid.10.
Pro instrumento matrimonii mercatorum tenentium apothecas apertas,à quĩ gẽtis florenis ĩfra, cũ cõstitutione dotis & illius recognitione, si tunc soluatur, ac donationibus consuetis inter virum & vxorem. floren. 4.
Et a quingẽtis florenis vsq; ad mille fl.6
Et a mille vltra quantumcũque. flore.8
Et si apponantur aliæ donationes vltra prædictam summam. flor. i
Pro instrumẽto quittãciæ & recognitionis dotis dicti matrimonii seorsum factæ. flo. 2. sol. 6.
Et pro testimonialibus dicti matrimonii. flo. 1.
Pro instrumento matrimonii burgensium & notariorum ac mercatorũ absque apotheca aperta, cũ constitutione dotis & illius recognitione, si tunc sol-

uatur,ac donationibus consuetis,à quin
gentis florenis infra . . flo. 5.
Et a quingẽtis flor. vsq; ad mille . flo.6.
Et à mille vsque ad quinq; millia. flo. 8.
Et à quinque millibus florenis supra
quantumcumque. flo. 12.
Et si aliæ donationes, apponantur vltra
prædictam summam. flo.1. sol. 6.
Pro instrumento quittanciæ & recogni
tionis dotis seorsum factæ. flo. 3.
Pro testimonialibus dicti matrimo-
nii. flo. 2.
Pro instrumento matrimonii doctorũ,
& aliorum nobilium cum constitutio-
ne dotis, & illius recognitione, si tunc
soluatur,ac donationibus consuetis in-
ter virum & vxorem a mille florenis in
fra. flo. 6.
Et à mille florenis vsque ad tria mil-
lia. flo. 8.
Et a trib⁹ millibus florenis vsq; ad quin
que millia. flo. 10.
Et a quinque millibus supra quantum-

cumque. flo.14.
Et si fiant aliæ donationes vltra prædi-
ctam summam. flo. 2.
Pro instrumento quictanciç & recogni
tionis dotis seorsum factç. flo. 4.
Pro testimonialibus dicti matrimo-
nii. flo.2.sol.6.
Pro instrumento matrimonii domino-
rum castrorum cũ iurisdictione, cum cõ
stitutione dotis, & illius recognitione
si tunc soluatur: ac donationibus consue
tis inter virum & vxorem. flo. 12.
Et si fiant aliæ donationes vltra prædi-
dictam summam. flo. 2.
Pro instrumento quittanciç & recogni
tione dotis dicti matrimonii seorsum fa
ctæ. flo.4.
Pro testimonialibus dicti matrimo-
nii. floren. 3.
Pro instrumẽto matrimonii baronum,
cum constitutione dotis, & illius reco-
gnitione ac donationibus consuetis, in
ter virum & vxorem. floren.16.

Et ſi fiant aliç donationes, vltra dictam ſummam. floren. 4.
Pro inſtrumen to quittanciç & recogni tionis dotis dicti matrimonii ſeorſum factç. floren. 6.
Pro teſtimonialibus verò dicti matrimonii. floren. 4.
Prò inſtrumento matrimonii vicecomi tum & aliorum maiorum dominorum cum conſtitutione dotis, & illius reco- gnitione, ac donationibus conſuetis in ter virum & vxorem. floren. 24.
Et ſi ibi fiant aliæ donationes vltra prç dictam ſummam. floren. 6.
Pro inſtrumento quittanciæ & recogni tionis dotis dicti matrimonii ſeorſum factç. floren. 8.
Pro teſtimonialibus verò dicti matrimonii. Et ſi in prædictis inſtrumentis fi ant ceſſiones iurium, in ſolutum datio- nes, aſſignationes penſionis, & aliæ con uentiones vltra præmiſſa ſatisfiat nota- rio ad taxã dictorum taxatorum. flo. 8.

Pro instrumento emancipationis. flo. 4.
Et si in ea fiat aliqua donatio inter emãcipantem & emancipatum vltra summam prædictam, habeat notarius. flo. 2.
Et pro testimonialibus. sohd. 8.
Pro instrumento receptionis in monialem cum donationibus, assignatione pensionis, quittanciæ, & aliis in similibus requisitis. floren. 6.
Et pro testimonialibus prout in manuali. floren. 2.
Pro instrumento fundationis chapellaniæ cum dotatione illius, & retentione iuris patronatus. floren. 6.
Et pro testimonialibus. foren. 2.
Pro instrumẽto ꝓcessus fulminati. fl. 4.
Pro instrumento transumpti seu vidimus, cuiuscumque scripturę publicę vel priuatæ, soluatur quod ꝑ dictos taxatores taxabitur, & idem fiat pro registro vidimati.
Pro instrumento transactionis, conpromissi, laudi, ratificationis, acceptatio-

nis,diuisionis bonorũ societatis,& affra iramẽti,soluať q̃ p̃ dictos taxatorestaxa biť. Et idẽ fiat p̃ testimonialib9 habita sẽper rõne p̃sonarũ,negotii, & laboris.
Pro instrumento mandati ad lites,sol.10.
Et tantundem pro instrumẽto mandati ad exigendum & quitãdum.
Pro instrumẽto vero mãdati ad lites, & ad exigẽdũ & quitando simul. fl.1. sol.3.
Et tãtũdẽ pro instrumento mãdati ad locadũ,vendendũ, trãsigendũ resignãdũ, & alia quæcũque negotia faciendum.
Et p̃ testimonialib9 dict. mãdatorũ.so.6
Si vero dictum mandatum ad resignandum fiat cum reseruatioue pensionis, & regressus & aliis consuetis. flore.2
Pro instrumẽto mãdati ad obligãdũ desoluẽdo pẽsionẽ seu annatã in forma cameræ, & dãdo bãquam responsiuam in romana curia. floren. 4.
Et pro testimonialibus. soli.8.
In testamentis etiam & illorum clausulis,ac codicillis,idem seruetur quod su-

pra in transactionibus dictum est, cum rationes propter quas in eisdem transactionibus vt supra ordinatum est, & maiores hic militent: vbi autē mentionem fecimus de testamentis, intelligimus de testamentis nuncupatiuis. De instrumentis autem, quæ alteri parti expedita fuerint, si altera pars habere velit aliud, soluat minus tertia parte prætii primi instrumenti taxati: & si is qui prius habuit instrumentum, velit aliud habere, soluatur tantum medietas eius, quod solutum fuerit, vel solui debuerit.

In pręmissis autem taxis non compræhendantur vacationes, & labores, qui sumuntur in scribendo & recitando dictos contractus & alias supradictas dispositiones: quia tunc sibi satisfieri current. Quod si tunc non faciant eis imputetur.

¶DE TAXA SCRIPTVRArum iudicialium.

Et primo.

PRO salario apparitorũ seu seruientium, & sociorum subuiguerii, curię tẽporalis Auenionis, & officialatus. Et primo dicti seruientes & socii pro citationibus, intimationibus, præceptis & diligentiis, de reperiendo absentes vel bona, habeant solidum vnum turonensem. solid. i. tur.
Item pro arrestis, pignorationibus, appositione armorum papalium vel crucis. solid. i, den. 12.
Et hæc locum habeant infra ciuitatem.
Et si vltra horam in præmissis vacauerint, aliquid plus arbitrio iudicis, consequantur.
Si verò præmissa fiant extra ciuitatem infra tamen territorium, habeant. sol. 4.
Item pro carcerationibus infra præsentem ciuitatem, duos sol. tur. quilibet cõ-

sequatur dũmodò nõ sint vltra duos, nisi iudici plures esse debere visũ fuerit, sed extra ciuitatẽ infra tñ territoriũ qlibet cõsequatur quatuor sol.tur.dũmodo nõ sint vltra tres, nisi arbitrio iudicis plures esse opporteat, & si in præmissis necesse sit mediũ diẽ & plus temporis cõsumere, arbitrio iudicis eis satisfiat de maiori summa. Sed si in presidio seu garnisione manserint pro qualibet die inclusa nocte sex sol. tur. vltra expensas oris quilibet eorum consequatur: dummodo non sint vltra tres, nisi iudex plures mittendos esse arbitretur.

De salario cursorum palatij & vicegerentiæ.

Cursores habeant pro citatione, intimatione, præcepto & diligentiis de reperiendo absentes vel bona. sol.1.den.6. Item pro præcepto carcerum, arrestorũ ac pignorationũ, & appositione armorum papalium, vel crucis. solid. 2.

Et si opus sit adhibere seruientes ad ducendum carcerandos non obedientes præceptis dictorum cursorum, fiat vt supra proximè dictum est de seruiẽtibus: Si autem dicti cursores in præmissis vacauerint vltra horam, habeant aliquid plus, arbitrio iudicis.
Si autem præmissa fiãt extra ciuitatem, infra tamẽ territoriũ, pro media die habeant sex solidos turonenses.maneat.
Quod si integer dies consummẽdus sit habeant octo sol tur.cum expensis oris.
Si verò accedant dicti cursores extra territorium, habeãt vnum florenũ cũ expẽsis oris, & equitatura pro singulo die.
Si autem steterint in præsidio seu garnisione habeat quilibet dictorum cursorum pro qualibet die, inclusa nocte, octo solid. tur. cum expensis oris: dummodo non sint vltra tres, nisi iudex plures esse mittendos decreuerit.
Item de qualibet sententia diffinitiua vel habente vim diffinitiuæ habeãt di-

cti cursores tres solid. tur.

De salario præconis.

Præco pro quacumque citatione voce præconia facta, per quadriuia & loca ordinata habeat duos sol. tur. cũ dimidio, si vnam tãtum faciat: & si plures simul faciat pro qualibet vnum solid. tur. vltra recipiat, quæ locum habere volumus etiam in causis criminalibus.

De salario commentariensium.

Commentariensis carcerum curiæ temporalis Auenionis, pro ingressu carcerum à carcerato quolibet solum exigere possit solidũ vnum, denarios. 12. Item pro lecto cubiculari sex dena. paruos, singulis diebus si carceratus illum habere voluerit, & pro custodia carcerati exigere possit singulo die vnum liardum seu sex den. paruos.
Et idem obseruari mãdamus quoad cõmentariensem carcerum officialatus.

Commentarienſis autem carcerum vicegerentię pro ingreſſu carcerum à quo libet carcerato duos ſol.tur. tantum exigere poſſit. ſolid. 2.
Item pro cuſtodia ſingulis diebus medium ſol. tur. den. 12.
Item pro lecto cubiculari ſi carceratus illum habere voluerit, ſingulo die vnũ liardum ſeu ſex den. paruos den. 6. exigere poſſit.
Declaramus tamen quod liceat carceratis, in dictis curiis habere lectum proprium quo caſu commẽtarienſis nihil exigere poſſit.
Declaramus etiam quod nihil exigatur per commentarienſes ab his quibus carceres præcepti ſunt, ſi ob ſolutionẽ vel concordiam quam per totam diem qua eiſdem carceres præcepti fuerint, cum ſuis creditoribus faciunt, carceres ingreſſi non ſint.
Si contingat aliquos in carceres palatij duci, nõ plus exigatur ab eis quam ſi eſ-

ſent carcerati in carceribus curiæ vice-gerentiæ, niſi eſſent carcerati occaſione hæreſis aut criminis læſæ maieſtatis diuinæ vel humanæ, aut aſſaſſinii, vel homicidii, aut alterius enormis criminis.

De ſalario notariorum.

Notarii curiæ temporalis Auenionis tàm viguerij quàm iudicum & officialatus ciuitatis Auenionis, habeant pro relatione citationis, intimationis, diligentię, præcepti, incantus, citationis voce præconia, & ſimilium in manuali deſcripta ſolidum vnum. ſolid. 1.
Carcerationis autē, arreſti, pignorationis & appoſitionis armorum papalium vel crucis ſolidum vnū & denarios ſex paruos. ſolid. 1. den. 6.
Notarii verò vicegerētię & palatii pro omnibus & ſingulis præmiſſis habeant ſolid. vnum cum dimidio. ſol. 1. den. 12.
Et pro quolibet tilleto præmiſſorū per notarium expedito ſex denarios paruos

habeant notarii omnium curiarum.
Item notarii curiæ temporalis tàm viguerii, quàm iudicum temporalium & officialatus Aucnioneñ. pro nota obiectionis carcerationis, arresti, præcepti, pignorationis, appositionis armorum papalium, aut crucis, mandatiq; iudicialis, & similium, in manuali descripta solidos duos turoneñ. habeant. solid. 2.
Notarii verò vicegerētię & palatii pro proximè dictis sol. tur. duos & den. duodecim paruos. solid. 2. den. 12.
Item notarii omnium curiarum pro responsionibus principalis, aut procuratoris ad articulos, & interrogatoria litis præparatoria sol. duos tur. cōsequātur. s. 2.
Et præmissa procedant, si tantum scribant fuisse responsum per principalem aut procuratorem in fine cuiuslibet articuli, aut in vna papiro articulos. Si verò scribant respōsiones principalium post vnumquemque articulum, tūc satisfiat eo modo quo procuratoribus.

Item pro singulis foliis copiarum tabellionatarum omniũ productorum, notarii omnium curiarum habeãt vnum sol. & sex den. paruos, dummodo quodlibet folium contineat in qualibet sui facie viginti octo lineas, & quælibet linea sex dictiones duabus monosyllabis pro vna dictione computatis. solid. 2.
Item pro exhibitione & lectura cuiuscumque notæ originalis habeant notarii prædicti sol. tres: nisi cautũ sit in præsentibus statutis nihil de promissis exigi debere. solid. 3.
Et tantundem habeãt notarij pro custodia productorum, quando absque regestratione aut insertione restituentur.
Item pro quolibet termino in curia temporali tàm viguerii quàm iudicũ, & curiæ officialatus solid. vnum cum dimidio. solid. 1. den. 12.
In curiis autem palatij & vicegerentiæ pro singulo termino sol. duos cum dimidio. solid. 2. den. 12.

Item pro quolibet folio omnium insertionum cum numero foliorum, vt supra in cuius folii qualibet facie, sint viginti octo lineę, & in qualibet linea sex dictiones duabus monosyllabis pro vna dictione computatis, habeāt notarii curiarum viguerii, iudicum & officialatus solid. vnum cum dimidio: sol. 1. den. 12.
In curiis verò palatii & vicegerentię pro proximè dictis sol. duos. sol. 2.
Item pro nota mandati ad lites, substitutionis, fideiussionis, seruationis indēnitatis, & similium, notarii omnium curiarum habeant vnum solid. cum dimidio. sol. 1. den. 12.
Item pro literis seu cartellis commissionum compulsoriarum, monitoriarum super cōtractu, citationis, intimationis litis, cum citatione ad suscipiendū onus defensionis, pignorationum, incāquum, liberationum, carcerationum, arrestorū iudicatorum, brachii secularis, & similium executionum, habeant notarii

curiarum viguerii, iudicum, & officiala
tus quatuor solidos. solid. 4.
Notarii verò curiarum palatii & vice-
gerentiæ pro proximè dictis, habeant
sex solidos. solid. 6.
Item pro nota liberationis prædii ad in
cantum publicum cum narratiua om-
nium incantuum, habeant notarii om-
nium curiarum octo solidos. solid. 8.
Item pro quolibet accessu necessario ad
relatores mercatorum, & ad ecclesiam
diui Anthonii, causa recipiendi notã, iu
raměti, & ad scholã iudeorũ, ẽt pro reci-
pienda nota iuramenti, vel ad alium lo-
cum infra ciuitatem cũ iudice vel sine,
habeant notarii solidos quatuor. sol. 4
Item pro dictis accessibus extra ciuita-
tem infra tamen territorium dicti nota
rii octo sol. consequantur. solid. 8.
Item pro nota relationis relatorum mer
catorum iudici faciẽda, de causa eis per
iudicem remissa, habeant notarii soli-
dos tres. solid. 3.

De relatione autem expertorum per iu dicem deputatorum, in manuali descri-pta, habeant notarii omnium curiarum, tres so. si dictā relationē nō cōponāt. s. 3.
Si verò dictā relationem cōponant. so. 5
Item pro nota immissionis in possessio-nem infra ciuitatem in manuali descri-pta, notarii omnium curiarum habeāt, incluso accessu solidos 6.
Si verò extra ciuitatem infra tamen ter ritorium solidos nouem solid. 9.
Itē pro nota acceptationis hæreditatis, cum beneficio legis & inuentarii, aut re pudiationis eiusdem, habeāt notarii om nium curiarum quatuor solidos. sol. 4
Si autem prouideatur de tutore vel cu-ratore cum inquisitione, habeant nota-rii prædicti pro nota talis prouisionis. s. 6
Et vlterius pro quolibet teste super hoc examinato duos solid. dummodò nō ex aminentur vltra tres, nisi plures iudici examinandos esse videatur. solid. 2
Et pro nota actoriæ, quæ fieri solet in di-

ctis tutela & cura quatuor sol. sol. 4.
Item pro nota prouisionis curatoris, bonis iacentibus indefensis, habeant notarii omnium curiarum sex solid. sol. 6.
Ad lites verò, solid. 3.
Item pro qualibet hora, qua dictos notarios vacare in ciuitate, aut illius territorio contigerit, circa examen testium, descriptionem bonorum, sigillationem, pignorationem, venditionem mobiliũ, habeant notarii prędicti. solid. 4.
Si verò extra ciuitatem & territorium vacauerint, habeant dicti notarii singulo die duos florenos, & sex solidos cum expensis oris & equitaturæ. floren. 2. s. 6
Item pro quolibet folio copię attestationum tabellionatæ, in cuius folii qualibet facie sint viginti octo lineę, & in qualibet linea sex dictiones, duabus monosyllabis pro vna dictione computatis habeant notarii prædicti. solid. 2.
Item pro nota & termino sententię diffinitiuæ in curiis palatii & vicegeren-

tiæ, habeant notarii viginti solidos inclusis vacationibus in portando, & reportando processum tàm procuratoribus quàm iudicibus. floren. f. 8
Item pro instrumēto dictæ sentētiæ, fl. 2
In curiis autem officialibus, & sancti Petri tàm viguerii quàm iudicum, habeāt notarii prædicti pro dicta nota & termino sententię diffinitiuæ vnū florenum solidos duos, inclusis similibus vacationibus. floren 1. sol 2
Item pro instrumento dictę sententiæ vnum florenum sex solidos fl. 1. sol. 6
Item pro nota & termino sententiæ desertoriæ, & alterius interlocutoriæ in scriptis latæ, habeant notarii prędicti solidos 9. & verbo latæ. solid. 6
Item notarii omnium curiarum habeāt sex denarios paruos pro factura parcellæ expēsarum pro quolibet floreno per iudicē taxatæ, & in processu insertę, antequam processus portetur procuratoribus ad videndum pòst conclusionem

in causa, & nihil aliud pro scriptura dictę parcellæ exigi possit. denar. 6
Quod non procedat quoad expensas cõcernentes ipsum notarium.
Item pro nota impetrationis iudicati habeant predicti notarii solid. 3.
Itẽ notarii officialatus pro literis monitoriis generalibus habeant solid. 3.
Pro excommunicatoriis agrauatoriis & reaggrauatoriis super proximè dictis, & pro qualibet earum solidos tres. s. 3.
Et tantundem pro literis participãtium maledictionis, & absolutionis. sol. 3.
Pro literis brachii secularis. sol. 6.

*** De Salario procuratorum partium litigantium.

Procuratores curiarũ vicegerentiæ & palatii habeant pro vnoquóque termino solidos duos turonẽses cum dimidio In curia autem viguerii, iudicum, & officialatus solidũ vnum cũ dimidio s. 1. d. 12.
Item pro responsionibus ad interroga-

toria litis ;præparatoria, & ad positiones seu articulos, vsque ad octo articulos habeant procuratores in omnibus curiis. solid.2.tur.
Quas quidem responsiones fieri volumus in fine cuiuslibet articuli.
Et si sint plures articuli vsque ad viginti, habeāt solidos tres & inde vsque ad quinquaginta, quatuor solidos, & inde vsque ad cētum, sex solidos. Si verò excedant numerum centenarium plus arbitrio iudicis consequantur.
Item pro visione omnium productorū ad dandum defensiones, replicationes, duplicationes, & triplicationes satisfiat procuratoribus arbitrio iudicis, habita ratione negocii, qualitatis personarum, & pluralitatis ac multitudinis productorum, tàm in prima instantia, quàm aliis singulis instantiis.
Item libelli, articuli, tàm defēsionales, quàm obiectionales, interrogatoria litis præparatoria, supplicationes, cedu-

lę continentes inuentarium productorum & iuris allegationes, iudicis arbitrio taxentur habita ratione proximè dicta.

Pro visione processus, quæ datur post conclusionem in causa, habeant procuratores sex denarios paruos ꝑ quolibet folio tã in prima instãtia, quàm aliis singulis instantiis semel tantum pro singula instantia.

Item accessus dictorum procuratorum tàm infra ciuitatem quàm extra, taxentur arbitrio iudicis: & idem de accessibus partium forensium ad hanc ciuitatem, quos reduximus ad duos accessus pro qualibet instantia, nisi a iudice aliqua de causa vocarentur, quo casu vltra prędictos accessus eis satisfiat si iudici videatur.

¶De salario viguerii, & iudicum tàm delegatorum quàm ordinariorum.

Iudices ordinarii curiæ temporalis habeant pro decreto literarum seu cartello & subscriptione in eis per eos facta solidos duos. solid. 2.
Et tantundem consequatur officialis curiæ officialatus Auenionis, & commissarii in eadem curia deputati per Reuerẽ. archiepiscopum vel eius vicarium.
Cõmissarii autẽ per vigueriũ deputati pro sportulis in causis excedẽtibus summam centum florenorum monetæ currentis pro diffinitiua sententia confirmatoria, vel infirmatoria sententiæ diffinitiuæ iudicis a quo, habeant duodecim florenos. floren. 12.
Si verò sententia iudicis a quo, esset interlocutoria, tunc iudex appellationis, per viguerium deputatus pro sportulis suæ sententiæ confirmatoriæ vel infir-

matoriæ habeat quinque flore. flor. 5.
Quod si ageretur de centum florenis in fra, tũc iudex appellationis per viguerium deputatus pro sua diffinitiua sententiã confirmatoria vel infirmatoria habeat decem florenos. floren.10.
Si autem sententia iudicis a quo, esset interlocutoria habeat quinque flo. flo.5.
Et idem obseruari voluimus in sententiis super attentatis vel inhibitionibus, si super eisdem fuerint dati articuli & factæ probationes, vel in prima instantia vel in secũda: nam tantũdem dari volumus, sicut in diffinitiuis supra dictum est, habita ratione summæ.
Et pro sententia desertoria, si feratur portato processu iudicis a quo, soluatur prout de sententia diffinitiua confirmatoria vel infirmatoria dictum est, habita ratione summæ.
Et pro sententia desertoria non portato processu iudicis a quo duos tantum florenos commissarius a viguerio depu-


tatus exigere possit. floren.2.
Si autem partes concordarent nondum lata sententia, habeant commissarii integras sportulas, si processum vidisse asserant, quem si non viderint modo per partes seu earũ procuratores coram eis processum fuerit, medias sportulas tantum consequantur, habita semper ratione summæ prout supra.
Item iudices omnium curiarum tàm ordinarii quàm delegati, & tã ecclesiastici quàm seculares habeant sex denarios paruos pro quolibet floreno expen. iuxta tenorem parcellæ per eos taxatæ.
Alii vero quibus causæ committuntur habeãt pro qualibet instãtia duos [illegible]
Item commissarii & delegati proximè dicti habeant pro sigillo & decreto literarum seu cartellorum solidos quatuor. solid. 4.
Viguerius autem pro decreto & sigillo duos solidos consequatur. solid. 2.
Item si partibus requirentibus, vigue-

rius aliquò accedat,vt puta ad subiiciẽdum locum oculis, aut alia de causa habeat infra ciuitatem vnũ florenum: extra vero, infra tamen territorium, duos florenos,à partibus æque soluẽdos, vel à parte eum requirente.
Iudices verò infra ciuitatem sex solidos extra verò vnum florenum vt supra soluendos.
Quæ autem de expensis iudicialibus diximus locum habere nolumus,in causis non excedentibus summam decem florenorum:in quibus medietas dictarum expensarum tantum soluatur.
Hęc in ciuilib9 causis locũ sibi vẽdicẽt: In causis autẽ criminalibus propter earum grauitatem & ingens periculum, Statuimus,vt notarii criminales consequi possint quartam partem vltra taxã supra factam, veluti si notario ciuili dẽtur quatuor,notario criminali quinque dentur.
Quia forsan omissa fuerunt in libris

præſentium ſtatutorum multa ex antiquis ſtatutis, quæ ſi cenſerentur ſublata per præſentia ſtatuta, cederet maximo damno reipub. cuius vtilitati conſulere quantum in nobis eſt debemus, ideò ſtatuimus, & ordinamus, quod per præſentia ſtatuta nō cenſeātur ſublata quæ non ſunt præſentibus ſtatutis contraria, aut quibus per hęc derogatum non extitit, quinimo volumus & declaramus illa firma, & valida remanere, eaq́ue quatenus opus eſt, innouamus & de nouo facimus: quæ verò anno à natiuitate Domini milleſimo quingenteſimo ſexageſimo primo edita, promulgata & typis demandata fuere, omnino per hæc antiquata & abrogata exiſtant.

FINIS.

CONVENTIO CIVITATES



OTVM sit omnibus, quod anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo primo, sexto Idus Maij, existentibus dominis in ciuitate Auenionensi, Anfosso dei gratia, Comite Tholosæ, & Marchione prouinciæ, & comite fulcalquerii, ex consensu virorum Illustrium dominorum comitum prædictorum, necnon & vniuersitatis ciuium Auenionensium, in publico parlamento, ad campanæ sonum, & voce preconia, more solito, congregatæ, lectæ sunt conuentiones in omniū prædictorum presentia, intelligibiliter etiā & seriatim expositæ, factæ nuper & initæ apud bellicadrum, inter dominos comites supradictos, & solemnes procuratores, ac nuncios vniuersitatis eiusdem. Et postmodum apud Auenionem, in cōcilio generali, ad sonum campanæ, mo-

re solito,congregato, laudatæ à consilia riis vniuersis & singulis, & eorundem iuramento firmatæ, præsentibus in eodem cõsilio pro comitibus memoratis, & confirmationem & iuramenta consi liariorũ recipientibus, Reymundo Gancelmo Domino Lunelli,Senescalco Venaissini,alba de Tarasconæ militiæ,Vicedomino camerario Biterrensi, capellano Domini papæ, Poncio Astoaldi, & Guidone fulcodii. Quarum siquidẽ cõuentionũm, tenor hic est.

Anno ab incarnatione Domini millesimo ducentesimo quinquasimo primo, non. Maii. Regnante Ludouico Rege Francorum, Notum sit Vniuersis: quòd cum longa fuisset dissensio inter viros Illustres & nobilissimos Dominos Anfonsum, Dei gratia, pittauiæ, & Tholosæ comitem, & Marchionem Prouinciæ, & Carolum, eadem, Andegauiæ, & Prouinciæ comitem, & Marchionẽ prouinciç, & comitem Fulcalquerii ex par-

te vna. Et ciuitatem ac Ciues Auenionis ex altera: tandem ciues ciuitatis eiuſdem ad cor prouida conſideratione reuerſi, Liquido cognoſcentes ſe inconſultę eiſdem comitibus, & eorum locatenentibus contra iuſtitiam reſtitiſſe: & eorundem gratiam obtinere ſummopere cupientes, ad ipſorum pręſentiam ſolemnes nuncios, procuratores, ſindicos, & actores, tàm milites, quàm probos homines ciuitatis eiuſdem, cōmuni & deliberato conſilio deſtinarunt: videlicet berengarium Raymūdi, Guillermū Cauallerii, Bermūdum mille ſolidos, Guillermum Arnaudi, Bertrandum Berengarium, Bertrandum Mataronum Roſtagnum, magiſtrum Bertrandum Taulerium, & Ioannem fabrum, dicti verò ſolemnes nuntii de plenitudine poteſtatis, quam à ſuis cōciuibus totius vniuerſitatis nomine, in conſilio generali receperant, ſuper concordia cū dominis ſupradictis comitibus facienda, fidem fe-

territorio ciuitatis eiusdem, siue de iure, sit commitum prædictorum insolidũ vel in parte, siue de iure ad cõmune pertineat ciuitatis, in eosdem dominos comites plenissimè transtulerunt: donantes eisdem & eorum hæredibus, imperpetuum quicquid vltra ius eorundem, cõmune ciuitatis prædictę tenebat, seu habebat, vel habere poterat, seu debebat, in mero, & mixto Imperio, & iurisdictione prædictis, & in bonis, & iuribus vniuersis ad commune pertinentibus supradictum: quæ tamen ab alterutro comitum prædicta ciuitas in feudũ tenuerat, vel tenebat, ei à quo tenebat in feudum insolidum dicti solemnes nũcij vniuersitatis nomine, plene & libere resignarunt memoratis dominis comitibus. Promittentes reddere integræ, & fideliter eis, vel cui, vel quibus, ipsi mandauerint, instrumenta omnia, & priuilegia ad commune spectãtia memoratũ. Super damnis verò quibuscumque, ciui

bus Auenionensibus, vel Auenionensi Episcopo, & Ecclesiæ, & alijs Ecclesijs, seu locis religiosis, Ecclesiasticisque personis ab ipsis ciuibus irrogatis, vel alijs eorum auxilio, seu fauore. Necnon & super iniurijs & offensis, contra eosdē dominos comites, vel eorum gentem commissis, dicti solēnes nuncij se suo, & vniuersitatis nomine, & ipsam vniuersitatem eorundem dominorum comitū voluntati omnimode, mandato & mandatis, vno diuersisue temporibus proferendis, gratis & concorditer subiecerunt. Tenere firmiter promittentes quicquid per eos dominos comites, vel alios, quibus duxerint committendum, mandatū fuerit, seu statutum super præmissis, vel aliquo præmissorum, conciues etiam & alios quos ceperunt eisdem dominis reddere promiserunt. Promiserunt etiam se curaturos, & effecturos quod dicta vniuersitas hæc omnia, & singula laudabit & approbabit, & iuramento firmabit.

Vniuersa autē & singula supradicta, gratis & bono animo, non inducti terroribus, siue minis, nec dolo, seu machinatione qualibet circumuenti, firmum habentes guidagium, eundo, stando, & redeūdo, dictis dominis cōmitibus concesserunt, eos recipientes & recognoscentes in dominos. Et iurauerūt eisdem, tactis corporaliter sacro sanctis Euangelijs, fidelitatem eis tenere, vitam eorum, & membra, & eorum locumtenentium defendere, & saluare. Iura etiam eorumdem manutenere: & damna vitare pro viribus. Et si ea sciuerint, eadem eis, vel eorum locumtenentibus, reuelare. Saluis ciuitati, & ciuibus Auenionis, tam præsentibus, quam futuris, libertatibus, immunitatibus, priuilegiis, & concessionibus infrascriptis, à solemnibus nunciis suprasciptis pro se & vniuersitate nominatim & expressè retentis: & ab eisdem dominis concessis, & imperpetuum approbatis.

tegra,& illibata ſeruare, ſine perſonarũ
acceptione. Secundum leges & bonas
conſuetudines ciuitatis,ius reddere tam
ciuibus quàm extraneis. Et ab omni mu
nere manus excutere, eſculentis & po-
culentis exceptis, quæ tantum legibus
ſunt præmiſſa.

Iuramentum verò dicti vicarii in for
ma prædicta, Auenionis epiſcopus ſi in
ciuitate fuerit, & parlamento intereſſe
voluerit,recipiet,ſi ſibi placuerit. Si ve-
rò tunc temporis abſens fuerit,vel præ-
ſens parlamento intereſſe noluerit, iura
bit Vicarius in forma prædicta ſacro ſan
ctis Euangeliis coram poſitis,& propria
manu tactis, quocunque textum euan-
geliorum tenente.

Iudices verò iurabunt,in manu Vica-
rii, vel in parlamento,vel ſaltem in con-
cilio generali, ſine perſonarũ acceptio-
ne,ius reddere tàm ciuibus quàm extra-
neis, ſecundum leges & bonas conſue-
tudines ciuitatis: Amore,& odio, prece,

quàm ciuiles ciuium Auenionis ventilari debent, & legitimè terminari in ipsa ciuitate prædicta: quod de causis principalibus intelligitur.

Causæ verò appellationum, poterũt in ciuitate, vel extra, prout dictis dominis comitibus placuerit, exerceri.

Item, de verbis iniuriosis, vel factis etiam, nisi vulnus, illatum fuerit fuste, vel lapide, vel quocunque armorum genere, vel ossis fractio interuenerit, vel ictus liuorem manifestum relinquens, curia dominorum comitum aliquo tempore inquisitionem ex officio suo nõ faciet: sed secũdum ordinem iuris, ius reddet conquerentibus de præmissis.

Item, in sportulis, & pœnis illorum, qui ad mandatum Curiæ debita non soluunt, ciuitatis consuetudo seruabitur, scilicet quod qui in causa succũbet, vel debitum ad terminum sibi datum à Curia non soluet, duodecim denarios pro libra, tantummodo persoluet: æstimata

Si etiã guerra prædictæ ciuitati immineat, necesse habebunt ciues ad mandatũ Vicarij victualia retinere, quæ sufficiant ciuitati, & districtui eiusdem.

Sed & si dicti domini comites vel eorum alter in transmarinas partes transire voluerint, poterũt facere inter dictũ victualium, donec collegerint quod eis fuerit necessarium ad passagiũ eorundẽ.

Item, licebit omnibus ciuibus Auenionis cuilibet amico suo valere de guerra, nisi sit contrà dictos dominos, vel alterum eorundem.

Item, si quis extraneus alicui ciui corporalem iniuriam intulerit, donec passo iniuriam, ad agnitionem Curiæ satisfecerit, ciuitatem ingredi non audebit.

Item, venditiones factæ de bonis cõmunis sub regimine barrali de bancio, per eosdem dominos comites, vel eorũ vicarium, poterunt liberè retractari, restituto emptoribus prætio, quod dederunt. Fructus autem percepti lucro cede

ciui, vel ciuibus Auenionis, in qua ciuis reputet se grauatum, non poterit exigi dicta poena, nisi quatenus Iudex, vel Iudices ciuitatis, pro modo, & qualitate inobedientiæ, vel excessus, eam fore cognouerit exigendam.

Item salua iurisdictione dominorum, boni vsus, & bonæ consuetudines ciuitatis, firmi & firmæ perpetuò permanebunt.

Item, caualcatas facient dicti ciues ad mandatum dominorum, vel eorum Vicarij, semel in anno, ad quadraginta dies & in Imperio tantùm: vbicunque dominis comitibus vel eorum curiæ placuerit, vsque ad viginti leucas, à ciuitate Auenionis computandas. In quibus caualcatis iræ personaliter compelli non poterunt, nec etiam mittere, milites, militaresue personæ, seu etiam aduocati, si tamen dicti milites, vel militares personæ, vel etiam aduocati, equos non habeant idoneos ad armandum. Alioquin

tenentes pro culpa non probata, neminem punient: nec etiam cōdemnabunt. Sed nec perſonam quamlibet quæſtioni ſubiicient, vel tormentis, niſi aliter infamatam legitimis indiciis præcedētibus, Iudex cognoſcat debere ſubiici q̃ſtioni.

Item, Vicarius dominorum cum fuerit inſtitutus, conſiliarios eliget ciues Auenionis tam milites quā burgenſes, tot ſcilicet de his, quot de illis, qui iurabunt fidele dare conſilium, & tenere ſecretum, cum fuerint de cōſilio requiſiti.

Quia verò propter longam diſcordiā ciuium & bella inteſtina, inter eos ſæpè commiſſa, damna plurima ciuibus à cōciuibus inuicem ſunt illata necnon Eccleſijs, eccleſiaſticiſque perſonis: retinēt dicti domini comites plenam & liberā poteſtatem ordinandi, & diſponēdi, per ſe, vel per perſonas legales, & diſcretas, & ſuſpitione carentes, quibus perſonis, & à quibus, & quando, & qualiter, & de quibus, vel quantis damnis fiat

satisfactio,seu emenda. Quarum etiam relinquetur arbitrio de bannis & condẽnationibus reuocãdis per barallum, vel eius curiam, vel consulatũ proximè præcedentem, sunt compulsi.

De damnis autem iniuriis, & offensis contra dictos dominos comites, & gentes, vel terram ipsorum, à ciuitate, vel ciuibus Auenionis commissis, dicti domini comites pacem & finem ciuitati fecerunt, & ciuibus vniuersis: illis exceptis quos eorum culpis exigentibus, amissione bonorum, vel exilio, vel alia pœna legitima, ad tẽpus, vel imperpetuum, duxerint puniendos, prout magis honori, suo, & quieti ciuitatis, & ciuium, videbitur expedire. Ciues autẽ quos captos tenent dicti domini comites, eo modo quo videbitur eis tutius & honestius, & ciuitati vtilius liberabunt.

Acta sunt hæc in castro bellicadri, scilicet in munitione domini Regis pręsentibus testibus, dominis Z. Auenionis G.

auralienſis,& regenſis epiſcopis: Vicedomino camerario Bitterenſi, & capellano Domini Papæ, domino Raymundo Cãcellini,domino Lunelli,Seneſcallo Venayſſini,domino alba de Tharaſcone milite,& Domino guidone Fulcodio Poncio Aſtoando, Bertrando Cauallerio, & Raymundo Alfredo iuriſperitis, Domino Odoardo de Villari, Seneſcalo Bellicadri, & me Bertrando Capelli, notario publico,qui mandato partium, ſcilicet prædictorum dominorum comitum,& ſolemnium nunciorum ſeu procuratorum hoc inſtrumentum ſcripſi & ſignaui.

Dictis igitur conuentionibus & earum tenore diligenter perlectis, fideliter inſuper & in lingua vulgari, omnibus ſeriatim expoſitis, vniuerſitas ſupra dicta vniuerſa & ſingula in dictis conuentionibus,& earum tenore, contenta vera eſſe cognoſcens, & ſuo nomine, primò per procuratores ſolemneſue

nuntios ſupradictos à generali concilio conſtitutos & miſſos : poſt modum per conſiliarios eiuſdem cõcilii laudata, approbata & iuramento firmata, ad vtilitatem vniuerſitatis eiuſdem, eadem laudauit in parlamento prædicto, & expreſſa ratihabitione firmauit: eoſdem dominos comites, & eorum hæredes in dominos recipiens, & veraciter recognoſcẽs; omnia, & ſingula ſupradicta, illibata, & integra, bona fide tenere promittẽs eiſdem dominis comitibus ſupradictis.

Et in his omnibus metum & terrorẽ & dolum, & omne genus violẽtiæ, fraudis, & circumuentionis abeſſe, ex parte eorundem dominorum comitũ, & gentis eorum, dicta vniuerſitas recognouit. Et quod hæc omnia omnes & ſinguli teneant & obſeruent, & tàm eis quàm eorum hęredibus fideles exiſtant, nec contraueniant de iure, vel de facto, iurauerunt in animas omnium & ſingulorum eorum nomine, & mandato, Reymun-

dus mories, Et Petrus Guillermus Martinus Sindici cõmunis Auenionis, hoc acto expreſſè quod omnes nihilóminus idem ſacramentum faciant ſigillatim.

Porrò ad petitionẽ vniuerſitatis eiuſdem, & de ipſius conſenſu, De appellationibus in ciuitate faciendis, ſic ijdem domini comites ordinarunt, videlicet, quod in vilibus quæſtionibus, quæ ſecũdum valorem quinquaginta ſolidorũ turonenſium, non excedunt, appellare nõ liceat. A ſumma verò illa vltra liberè liceat vtrique parti ſemel, ſolũ modo appellare, ſi inter partes ordinariæ quæuis quæſtio ventiletur: Quo caſu à Iudice qui ferret ſententiam, ad Vicarium appellabitur: qui infra octo dies poſt appellationem porrectã, Iudicem appellationis dare tenebitur, neutri parti ex iuſta cauſa ſuſpèctum: qui cauſam appellationis infra vtiles dies quadraginta in ciuitate decidet, omni actione & dilatione ceſſantibus, & victum victori in omnẽ

casum in expensis damnabit, taxatione præmissa.

A condemnationibus verò secundũ morem ciuitatis faciendis ex officio, in publico parlamento, non licebit alicui appellare, Sed si quis se grauatum credi derit, supplicet Vicario infra triduum, qui tàm suis iudicibus, quàm aliis in iure prudentibus, conuocatis, tàm ciuibus quàm extraneis, si voluerint, grauamen amoueat, si illud interuenisse perpenderit, infra decem dies à supplicatione porrecta.

Hanc igitur, & omnes alias libertates, concessiones, & priuilegia, contenta superius & distincta, dicti domini comites per se & suos hæredes laudauerunt, & concesserunt vniuersitati & ciuibus præsentibus, & futuris, ea omnia & singula firma eis tenere perpetuò promittentes, de iniuriis, offensis, & damnis sibi, & genti suæ, & terræ illatis, per ciuitatem, & ciues Auenionis, pacem, & fi-

nē,in omnibus facientes. Saluis his quæ ſuperiùs ſibi retinuerunt expreſſè.

Ad cuius rei memoriam atque robur præſens inſtrumentum ſigillorum ſuorum munimine roborarunt.

Factum fuit hoc in gradibus Eccleſię beatæ Marie. teſtes interfuerunt dominus G. Aurelienſis epiſcopus, dominus F. Epiſcopus Vaſcon. dominus Guido comes Marchiæ, dominus comes ſueſſionenſis, dominus Guido de caproſia, dominus Guillermus de bellomonte,dominus Philippus de aqua bona, Guiraudus amicus,dominus caſtrinoui, dominus Guillermus Auenionenſis præpoſitus,alba de Taraſcone,vicedominus camerarius bitterenſis, dominus Guido Fulcodius, dominus Poncius aſtoaudi, Petrus amicus, Dominus Airague,Raymundus Gancelmi,Dominus Lunelli.

Et ego Guillermus de Tornone notarius Auenionenſis interfui, qui mandato & voluntate dictorum dominorū

comitum, & vniuersitatis ciuitatis Auenionis prædictæ, Hanc cartam scripsi, & bulla communis Auenioni bullaui, & signo meo signaui.

INDEX VERBORVM ET RErum in hoc Volumine Statutorum & Conuentionũ Ciuitatis contentorũ,ordine alphabeticum diſpoſitus.

A.

H.

I.

S.

V.

FINIS.

